
I

Primo philosophi de philosophia in materia et nobis via cognoscendi a communioribus ad specialia

Et quia Ignoratis communioribus sequitur quod etiam et specialiora ignorentur ut quo animalium exercitetur in partibus philosophie. Notanda est primo diffinitio philosophie communiter capte deinde divisio eius et postremo diffinitio philosophi et que ad ipsum requiruntur



Quarum sunt

Methaphisicam Et e(st) sci(enti)a considerans de his que s(un)t abstracta a m(ateri)a tam secundum esse quam secund(um) rationem et de his que non necessario in m(ateri)a reperiuntur

Mathematica(m) Et est sci(enti)a de reb(us) abstractis a m(ateri)a secundum r(ati)o(ne)m non tamen secund(um) e(ss)e nec alio modo de sic est sci(enti)a considera(n)s quantitatem tam c(on)t(inua)m et similiter ~~discretam~~ secund(um) Et habet quatuor sp(eci)es que et quadrivium appellant(ur) ut sunt Geometria astronomia arismetica musica Quod aut(em) sit q(ue)l(ibet) istarum p(atebit) alibi

Phisica Et e(st) sci(enti)a considerans de his que sunt concreta m(ateri)e sensibili tam secund(um) esse quam secund(um) r(ati)o(ne)m abstracta ab hoc nec ab alio Et dicitur a phisis quod e(st) n(atur)a et vocatur sci(enti)a q(uas)i sci(enti)a n(atur)alis

Que iste tres partes distinguuntur secundum triplicem modum diffiniendi ita assignatum seu penes obiecta et considerat(ionem) Un(de) diffinit Metha(phisica) per solam forma(m) Math(ematic)a per m(ateri)am intelligibilem cum sensibi(litate) non e(st) in motu secundum r(ati)o(ne)m licet sit concreta (m)ateriam secundum r(ati)o(ne)m sic p(atet) de numero et magnitudine Sed Phisica per m(ateri)a(m) sensibilem licet communem

Videlicet

Gramaticam que subservit omnibus sermonibus

Logicam que subservit omnibus sermonibus speculativis

Rethoricam que subservit sermonibus amicabilibus practicis

Que trivialis appellantur quod aut(em) sit quelibet istarum patebit hoc alibi

4

Jam sequitur Sufficiencia Philozophie

Sufficiencia phie pz pot capi hoc qnt sic cump nel est de rebus

Que non causatis sic e phia nalis communiter dicta

Vel a nobis hor e dupplicit

Speculatur et sic phia nalis

Practice sic phia

Actiue e phia moralis

Factiue e ars mechanica

Que c... dist m... quad... rerum

Primus enim ordo est rerum quem ratio non facit sed solum considerat et pertinet ad philosophiam naturalem

Unde quidam partes philosophie distinguuntur secundum quadruplicem ordinem rationis ad rem ipsam

Secundus ordo est quem ratio considerando facit in actu proprio puta cum ordinat conceptus suos adinvicem quorum conceptuum voces significative sunt signa et iste ordo rerum pertinet ad philosophiam rationalem

Tertius ordo est quem ratio facit in operationibus voluntatis et pertinet ad considerationem philosophie moralis

Quartus autem ordo est quem ratio considerando facit in exterioribus rebus quarum ipsa est causa sicut in archa et domo et pertinet ad artes mechanicas

6

Diffinicio philozophi

Prima quod tradit sciam rerum diui narum humanarum q3

Phia est noticia diuinarum humanarum que rerum cognicioni habet tramitem bene viuendi studens Ex qua diffinicione elicitur quod ad ipsum philozophum duo concurrunt requirentur

Et ad ipsum philosophum aliquae condiciones requiruntur ex parte viri

Secunda quod viam bene viuendi secundum dictamen recte racionis tradit quod bene viuat secundum dictamen recte racionis —

- **Voluntatis et sunt tres**
  - Prima quod amet sapientiam et querat eam recta intentione ad veri investigationem ut possit per eam in unaquaque re investigare quid sit tenendum et quid fugiendum quia ipsum verum et verum unumquodque rei est videre quomodo sit disposita secundum quod conveniunt sue nature
  - Secunda quod id quod didicit et cognovit per philosophiam ordinet illud ad vitam moralem bonam et ad finem bonum non propter lucrum vel vanam gloriam
  - Tercia quod vivat secundum illam rectam vitam professi erant
- **Intellectus et sunt tres**
  - Prima quod nihil credat nisi dicta rationis cogentis et hoc in illis que non sunt per se nota sed sunt prima principia quibus ille propter consentiunt Et per hoc differt a fide quia non cogitur ad credendum aliqua ratione
  - Secunda quod querat demonstrationes secundum materiam subiectam ut in philosophia naturali naturales demonstrationes seu rationes In morali theoricas in logicalibus logicales Temerarium enim est in omni scientia easdem querere demonstrationes Illa enim dicta est demonstratio que principiis congruit et accommodatis rationibus questionem resolvat ut si de motu stellarum oritur dubitatio ex ea disciplina que astronomia dicitur emanet eius assertio id est probatio
  - Tercia quod inquirat veritatem et hoc quadrupliciter
    - Primo per experientiam et hoc procedendo a notis nobis ad ignota seu ab effectibus ad causas
    - Secundo ex scriptis et hoc legendo scripturas que sunt nobis date per antecessores nostros ad nostram doctrinam
    - Tercio ex relatu aliorum doctorum enim audire informationes multas per multos informari et peritos
  - Quarto quod non teneat aliquam opinionem frivolam sed semper sit paratus mutare opinionem suam in melius id est in opinionem veram sic quod nihil pertinaciter teneat contra se quod nullus tenetur de philosophia

Et sequitur de Artibus Mechanicis

Ars prout hic sumitur
hic diffinitur 6 Ethicorum
quod est recta ratio factibilium.
Mechanica autem ars dicitur
a mechor aris quia
intellectus quodammodo
mechatur in eis et adul
terature recedens a con
sideratione veritatis
philozophice, que est
sponsa eius. Ad hanc
scilicet mechanicam omni
um rerum fabrica
concurrere videtur
que humanis neces
sitatibus inveniuntur
grata comoda neces
saria et utilis et
habet septem species
in generali

- Lanificium
- Armatura
- Navigatio

Que pertinent ad corpus extrinsecus

- Agricultura
- Venatio
- Medicina
- Theatrica

Que pertinent ad corpus intrinsecus

Alique: Lana nempe milites navigacio eque media

Hec liberalem sonant sunt et mechanica dicta

Et sunt invente ad
subveniendum multis defe
ctibus et miseriis nostri
corporis, quia in hoc modo
sperimus siti, famem,
calorem et egritudinem
contra quas calamitates hec
artes sunt invente.
Dicuntur autem mechani
ce quasi adultere et de
nominantur tam vili
vocabulo quia sicut mulier adul
tera est vilis respectu
mulieris proprie, ita scilicet
artes mechanice sunt
viles respectu artium
liberalium et ergo dicun
tur eas adulterari
sive mechari videtur
eo quod artes liberales
perlegas quas animus
noster proprie sit
deserunt et artes
corporis illiberales
et ignobiles quasi
alienas uxores
colunt

Lanificium est prima species artis mechanice ad quam pertinet sartoris et operario

- Alendi
- Retorquendi
- Consuendi

Et omne quod fit

- Colo
- Fuso
- Alabro
- Pectine
- Calamistro
- Girgillo

In manu

- Lini
- Canape
- Lote
- Lani

Verticillum dicitur a girum i. circum et est instrumentum femineum quod alio nomine volutorem dicitur, quia vertendo in girum inde fila devolventur. Fillum enim de colo ducitur in fusum, a fuso in alabrum et in cade dorum a alabro in girgillum a girgillo in glomicellum a glomicello in pannum a pannis in vestem / Sub lanificio comprehenditur opus [illegible]

- Florum
- Filtrorum
- Sagorum
- Sportorum

- **Armatura** duas habet species
  - Architectonicam que dividitur in
    - Cementariam
    - Carpentariam
  - Fabrilem que dividitur in
    - Malleatoriam
    - Effusoriam

Fabrilis et ferraria unaquaque rebus constat
- vento
- flamma

Armatura continet omnes armaturas fabricatas ex quolibet metallo sive
- ferro
- lapide
- ligno

- **Navigatio** continet omnes vectores in mercimoniis
  - Vendendo
  - Emendo

ad quam etiam pertinet omnis industria
- vendendo
- emendo

Sunt qui mutant
- ornamenta
- alimenta

Hec invisa litora adijt pacem et familiaritatem cum exteris nacionibus conponit et privata bona communia facit

40

Agricultura tres habet species:
- Aream seu agrum qui sationibus deputatur
- Consitum qui nemoribus constat ut sunt: vineta, olivetа, pomerium
- Pascuum quod pascuis constat ut sunt prata
- Floridum ut hortum, rosarium

Venatio tres habet species videlicet:
- Ferina
- Aucupium, et fit multis modis:
  - Retibus, pedicis, laqueis, decipulis, arcu, telis, canibus
  - Et est ars capiendi aves retibus, laqueis, pedicis, decipulis, arcu, retibus, sagittis, visco, vel hamis
- Piscaria

Et coniunctim dicitur ad capiendum
- Liber / Sapor — potest fieri ad
- Pistores / cocos / carnifices — Denominatur autem ab una specie sicut et aliarum

12v

Medicina consistit in contreccione electuariorum

- Pocionum
- Unguentorum
- Curacione vulnerum
- In incisione membrorum
- Qualitercumque aliter curare contingit

quia dicitur a cura quod est manus et ago agis quasi sua manu et ferro presione agens

Et est duplex:

- Speculativa et hec docet principia rerum consideratarum a medico et illa communiter inter res naturales et spiritualiter(?) philosophus naturalis de hac dicit in primo de sensu et sensato ubi physicus naturalis dimittit ibi medicus incipit. Naturalis physicus considerat principia propria universalia sanitatis et infirmitatis que medicina speculativa ibi sistendo
- Practica circa particularia sanitatem et infirmitatem considerans incipiens ab eis que sunt de consideracione naturalis physici et hec docet qualitatem operandi medicina circa particularia ea applicando. Vel physica et medicina speculativa sua terminat consideracionem

Theatrica est ars ludorum in solacium et delectacionem ordinata et dicitur a theatrum (quod dicitur a theoro) id est spectaculum nam conveniunt ad ludendum omnes. Inspiciunt theatra cum omnem ludum exhibent sive in

- Cantibus
- Organis
- Figmentis
- Gesticulacionibus corporis
- Saltibus
- Versibus
- Iactibus
- Luctacionibus
- Dimicacionibus
- Hastiludiis
- Torneamentis
- Vel alio modo et similibus

Sufficientia Artium Mechanicarum

Omnis ars mechanica aut est

Ad solatium sicut est theatrica ars ludorum

Ad comodum sive defectum corporis humani et est

Operimentum quod est de materia

Levi sicut est lanificium

Dura sicut est armatura sive ars fabrilis

Alimentum quod tam vegetabilibus et sensibilibus est

Vegetabilibus sicut est Navigacio

Sensibilibus sicut est venacio

Vel defectus administrationem quod

Defectum supplendo sicut est Navigacio

Nocumenta removendo sicut est medicina

Unde versus de recommendatione artis qualitate

Nota de diffinicione Artium liberalium

Quot sunt artes liberales septem

- Gramatica
- Logica
- Rethorica

Que dicuntur triviales sunt trivium quasi simi litudine quia sicut triplex via ad id scilicet ad sermonem congruum verum vel ornatum tendunt

- Musica
- Arithmetica
- Geometria
- Astronomia

Que dicuntur quadri vium quia eorum via in id id est ad quantita tem continuam vel discretam tendunt

Hinc Trivium et quadrivium nomen accepit eo quod hiis quasi quibusdam viis vivax animus ad secreta philosophie introeat in quibus tantam esse utilitatem antiqui scriptores perspexe runt ut quicunque principia harum disciplinarum firmiter percepisset ad aliarum notitiam postea inquirendo magis exer cendo quam audiendo perve niret. Sunt enim quasi quedam optima instrumenta et rudimenta quibus via pa ratur animo ad plenam philosophie notitiam

Nota

Gra loquitur Dia vera docet Rhe verba colorat
Mu canit Ar numerat Ge ponderat As colit astra

Dicuntur hee septem scientie Artes quia habent quandam similitudinem cum arte. ad artem enim pertinet opus quod ad aliud ordinatur Et quod in speculabilibus et aliquid per modum cuiusdam operis. puta constructio sillogismi. et orationis congrue et opus numerandi vel mensurandi et sic de aliis Ideo dicuntur artes. non simpliciter sicut artes mechanice Artes autem dicuntur septem scientie non simpliciter sed liberales ad differentiam artium mechanicarum que ordinantur ad opera per corpus exercitata. que sunt quodammodo servilia. inquantum corpus similiter subdunt anime et homo secundum animam est liber quare sunt dignificate ad cognitionem philosophie vel dicuntur liberales quod olim non nisi liberi habebant eas addiscere. vel quod requirunt liberum studentem ab omni cura et solicitudine Unde pauperes studere non possunt quia non sunt liberi ab omni cura propter defectum temporalium in rerum vel dicuntur liberales quod liberant animum a curis temporalium et vitiis Unde dicit Hieronimus ama scientiam scripturarum et vitia non amabis Alie vero scientie que ad aliquod opus humanum determinantur simpliciter scientie dicuntur ut philosophia naturalis

Nota diffinitiones Artium

Grammatica secundum Ylestanum diffinitur sic. Est scientia docens scribere Recte scripta recte intelligere Recte intellecta recte componere Recte composita recte aliis pronunciare Dicitur autem grammatica a gramaton vel a gramma (Et scribuntur predicta per duo m) quod est littera quasi litteralis scientia non a prima parte sui que tractat de littera sed ab effectu quod efficit litteratum Consistit autem hec ars principaliter in consideratione vocis per quatuor scilicet littere sillabe dictionis et orationis perfecte In qua quidem diffinitione tanguntur hee partes scilicet Orthographia Ethimologia dyasintetica et prosodia

Littera diffinitur sic. est minima pars vocis composite que scribi potest individua Et dicitur a litura vel a legendo quasi legitera quod legentibus iter prebeat

Sillaba est vox litteralis que sub uno accentu et uno spiritu distanter profertur

Dictio est minima pars orationis constructe et in ordine posite posita autem quantum ad totum intellectum

Oratio est ordinatio dictionum congrua perfectam sententiam demonstrans

Oratio est duplex:
- Grammatica que constat ex nomine et verbo
- Rhetorica que constat ex sex partibus

Orthographia Est sciencia docens recte scribere Non capiendo scribere prout tantum valet sicut litteras protrahere debite sicut ars mechanica Sed docet scribere videlicet vnam litteram in aliam combinare Exemplum primi mutando n in m vt Inpator pro Imperator Exemplum secundi videlicet sillabam videlicet sillabam sic ad litteram adiungendo vt sillabizando illam dictionem docetur 2m artem grammaticae Orthographie illa littera E non debet se tenere ad precedentem dicendo doce sed ad sequentem dicendo docetur Et dicitur ab orthos grece quod rectum et graphos scriptura et ycos sciencia quasi sciencia docens rectum modum scribendi Et ista species tangitur in diffinicione cum dicitur Recte scribere Et est tradita in volumine maiori prisciani vsque ad illam partem dictio est minima pars vocis etc

Ethimologia Est sciencia docens significata specierum dictionum et accidencia cuiuslibet partis orationis secundum qualitatem Et dicitur ab ethimos grece quod est species latine et logos sermo et ycos sciencia quasi sciencia docens de speciebus sermonis in oracione vel in dictione Et ea cum dimostratur in qua parte orationis dictio sit collocanda quod est ethimologia vel ethimologia ... Et ista species tangitur in illa particula diffinicionis cum dicitur Recte scripta recte intelligere Et est tradita a prisciano in eodem maiori volumine ab illa parte dicta vsque in finem libri Et sciencia docetur in ea in 2o et in tercio libro grecismi et compositi verborum

Dyasinthetica Est sciencia docens dictiones significativas ad invicem conbinare secundum exigenciam accidencium grammaticalium que supponuntur ex Ethimologia et supposito et apposito vel adiectivum cum substantivo conformare Et dicitur a dya quod est de et sinthasis quod est constructio quasi tractans de constructione Sumitur enim componitur cum sthasis quod est stans vel status inde sinthasis sinthasis est constructio vocum que stant et coherent cum intellectibus et econverso Aliter dicitur dictiones vel aliter dicitur a dya quod est duo et thesis positio quasi sciencia de composicione dictionum Et est tradita in minori volumine prisciani et in secunda Et eciam docetur de ea in secunda parte eius alexandri Et hec species tangitur in particula diffinicionis cum dicitur recte intellecta recte componere

Prosodia Est sciencia docens quomodo vnaqueque dictio sit

Efferenda verum sit formata vel concepta Et dicitur a ferio quod est ad et dos cautus quia volens ad accentum. Et est edita a prisciano in libro accentuum. de ea doctrine in tertia parte allexandri Et hec species tangit in illa parte dictionis Recte composita Recte aliis primitivae

Vnde versus
Metris primatur Loc [illegible] dicitur
Sed prima docet dat declinare 2a
Tertia componit primitivat ultima recte

Gramatica est duplex

Positiva est quae significationem partium dictionum ut quod significet ista dictio homo vel ista dictio lapis legimus Et dicitur a pono quia ponit fundamentum acquisitionis omnium aliarum scientiarum quia ut dicit [illegible] posteriorum Et etiam Remigius dicit Nescientibus nominibus perit cognitio rerum perit. De qua tractat ipse Katholicon et Breviloquus Nunc Calepinus.

Doctrinalis est quae tradit regulas de modo formandi orationes perfectas et quomodo debent exprimi cognitione et determinate nostri mentis conceptum

Vnde communiter dicitur Calepinus pater: Polyanthea mater.

Logica que et dyalectica dicitur Id est

Sermocinalis scientia Et dicitur a logos quod est sermo vel ratio quasi sermocinalis vel racionalis scientia Excellenter enim logica inter sermocinales scientias consistit in sermonibus Vnde logica etiam dyalectica dicitur a dya quod est duo et logos sermo quasi dualis sermo quia dyalectica disputatio tota versatur inter duos opponentem scilicet et Respondentem

Vnde Versus
Scribe per y grecum dya duo significabit
Scribe per i nunc dia de significabit

Logica vero determinat de Sillogismo in se considerato et sic dicitur Logica nova. Et in suis partibus et sic dicitur Logica vetus quia partes sunt priores et notiores toto :—

Vel igitur logica tractat de partibus sillogismi

- Remotis sicut est tradita in libro predicamentorum aristotilis cum omnibus [illegible] libri
  - Porphirii de quinque universalibus liber
  - Sex principiorum Gilberti porretani
  - Et quilibet illorum continet unum tantum continet librum
- Propinquis sicut est tradita in duobus libris Perihermenias aristotelis qui est de enunciatione sive propositione que est pars propinqua ex qua sillogismus constituitur

Aut de sillogismo et hoc est dupliciter vel

- De sillogismo simpliciter dicto sicut est tradita in libro Priorum qui determinat de sillogismo simpliciter et formaliter accepto
- De sillogismo contracto ad aliquam materiam hoc est dupliciter vel
  - De sillogismo contracto ad aliquam materiam demonstrativam et est in libro Posteriorum qui est de demonstratione que est sillogismus constans ex necessariis et impossibile aliter se habentibus
  - Probabilem hoc est dupliciter vel
    - De sillogismo contracto ad aliquam materiam probabilem vel sicut est tradita in libro Thopicorum Boethii qui est de sillogismo dyalectico sive thopico. Thopicus dicitur a thopos quod est locus vel terminus, quia liber thopicorum determinat de locis vel de aliis locis dyalecticis
    - Probabilem apparentem sicut est tradita in libro Elenchorum qui est de sillogismo sophistico (Sophisticus enim dicitur apparenter sapiens et dicitur a sophos greco quod dicitur sapiens non vere apparenter)

Unde liber Elenchorum nominatur quasi quoddam genus argumentationis scilicet sillogismus contradicendus. Et dicitur ab en quod est in, et contra, et lexos quod est sermo, inde dicitur elenchus contradictio. Et diffinitur sicut in primo elenchorum: Elenchus est sillogismus contradicendus vere et veraciter non nominaliter solum sed nominis et rei, non sinonimi sed eiusdem rei. Et ex hiis que data sunt accidens non connumeratis quod erat in principio secundum idem ad idem similiter et in eodem tempore.

Nota isti sunt libri logicales videlicet libri

- Predicamentorum
- Porphirii
- Sex principiorum
  - et quilibet librorum horum unum tantum continet librum
- Perihermenias
- Priorum
- Posteriorum
- Elenchorum
  - et quilibet horum duos continet libros
- Thopicorum
  - vero continet octo libros

Rethorica dicitur sic Est scientia docens quam
libet materiam invenire, inventam disponere, dispositam coloribus verbo
rum et sententiarum exornare, exornatam memorie commendare
commendatam recte pronunciare Et dicitur a Rhesis quod interpretatur
locucio In diffinicione hac sunt quinque officia tenenda que ad oratorem
pertinent et habentur per hec Narrat Invenit Disponit,
Meminit Eloquitur que pertractans Rethor pronunciat omnia recte Unde Rethor
dicitur sic Est vir eloquentie habita instituta arte perspicax usu
peritus et imitacione expertus

Partes orationis Rethorice sunt sex scilicet — Exordium / Narracio / Divisio / Confirmacio / Confutacio / Conclusioque

Nota diffinitiones Quadruvii

Musica Est scientia docens proportiones sonorum et can
tuum Vel aliter diffinitur Est congrua vocum consonantia Et dicitur
a moys quod est aqua quia tractat de vocibus vel de proportionibus vocum
Sine enim hinnerus beneficio nulla cantilena vel vocis consistit dele
ctacio Unde musica est de quantitate discreta scilicet de numero non
absoluto sed contracto numero quia in ordine ad sonum

Arismetrica dicitur sic Est scientia que tractat de natura nu
merorum Greci enim arithmon numerum dicunt Et dicitur arismetrica ab
ares quod est numerus et metros mensura et ycos scientia quasi scientia docens
de mensura numerorum Vel aliter exponitur sic ab ares quod est
virtus et menos quod est numerus quia tractat de virtute numeri Unde arismetrica
est de quantitate numeri discreta scilicet numero absolute est enim de numeris secun
dum esse numerandi Et est tradita a Boecio in sua arismetrica

Geometria dicitur sic Est scientia terre mensurandi vel
terre mensuratio Et dicitur a geo quod est terra et metros quod est quod mensura secundum
papiam Unde Geometria determinat de quantitate continua vel
scilicet magnitudinibus rerum Unde de Geometria scribit Euclides in
suo libro

Astronomia dicitur sic Est scientia que docet luminarium
et aliarum planetarum figuras sicut secundum motum suum

In comparatione usque ad altitudinem et centrum ad speram terre. Dicitur autem Astronomia a nomine asteron, quod signat stellam, et norma regula, quasi scientia de regulis et motibus stellarum. Unde Astronomia est de quantitate continua contracta, scilicet de corporibus celestibus in ordine ad motum.

Que ergo sunt iiii scientie mathematice: Arismetica, Musica, Geometria, Astronomia — de Numeris, Proportione, Spacio, Motu.

Exemplum: Arismetice, Musice, Geometrie, Astronomie — Unitas, Unisonum, Punctum, Instans.

Sufficientia Artium Liberalium talis est

Omnis ars liberalis aut est de sermone aut de quantitate.

- Si de sermone, hoc est dupliciter:
  - Vel sufficienter omnibus sermonibus, et sic est Gramatica
  - Vel specialiter, et hoc dupliciter:
    - Vel specificatius tantum, et sic est Logica
    - Aut specialius tantum, et sic est Rethorica
  - Unde est de sermone: Longiori vel minori; Vero vel falso; Ornato vel non ornato
- Si secundum quod est de quantitate, et hoc est duplex:
  - Una vel considerat de quantitate discreta. Si discreta, hoc est duplex:
    - Una vel est de quantitate discreta absolute, sic est Arismetica
    - Aut contracto modo: Musica
  - Aut continua. Si continua, hoc est duplex:
    - Una vel est de quantitate continua absolute, sic est Geometria
    - Aut contracto: Astronomia
  - Unde est de: Numeris; Proportione; Spacio; Motu

Nota de diffinitione habituum

Habitus diffinitur tribus de sic

Uno modo est qualitas difficile mobilis / ex servitus / disponens ipsum ad bene vel male operandum: Vel secundum quam aliquis bene intelligit / et secundum iustitiam bene operatur

Alio modo est quo operamur prompte et delectabiliter operationes nostras scilicet studiose delectabiliter operatur virtuose et vitiose delectabile opera viciose

Tertio est quo quis utitur cum voluerit

Et est

- Corporalis / est qui subiectivus est in corpore et in parte corporis ut sanitas et pulchritudo
- Spiritualis sive animi est qui subiectatur in potentiis et sunt scientia et virtus et est duplex

Et iste due diffinitiones sic different

- Prima prima datur de habitu
  - In ordine ad obiectum
- Secunda
  - In ordine ad actum

Concreatus scilicet habitus quo in mentibus substantiarum separatarum aut habitus primorum principiorum in nobis

Infusus et inspiratus est deo

- Fides / est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium
- Spes / Est expectatio futurae beatitudinis ex gratia dei et meritis nostris precedentibus proveniens
- Charitas / Est dilectio qua deus diligitur propter se et proximus propter deum et de charitate que est caritas et dilectio [illegible]

Acquisitus est qui generatur ex actibus frequenter reiteratis vel saepe [illegible] et est duplex scilicet

- Moralis sive practicus est qui subiectatur in appetitiva parte quo anima operatur prompte suas operationes morales
- Intellectualis sive speculativus Verte folium

Voluntas in quo subiectatur iusticia et est habitus operativus secundum electionem iusti distribuendo seu commutando unicuique prout debet

Et appetitus est duplex

Sensitivus et est duplex scilicet

Irascibilis

Et concupiscibilis

Irascibili

In

Concupiscibili

Sunt

Quatuor habitus morales scilicet

De habitibus

Intellectualis est qui est subiective in intellectu quo prompte et sine errore anima operatur operationes suas intellectuales et est duplex scilicet

Speculativus et in eo sunt

Sapientia est habitus dei et divinorum cognitivus lumine naturali. Vel sapientia est habitus primarum et altissimarum causarum considerativus

Intellectus est cognitio primorum principiorum de quibus principiis dicitur vi metaphysice

Scientia est habitus intellectualis et firmus per demonstrationem acquisitus ut patet vi ethicorum et in posteriorum

Practicus et in eo sunt

Ars est habitus quidam cum vera ratione factivus et dicitur cum ratione quia artifex dubitare non potest recte

Prudentia est habitus cum vera ratione circa humanas operationes vi ethicorum. Et prudentia magis habet esse circa singularia

Et ex isto corolarie patet patet quod quinque sunt habitus intellectuales quibus non contingit assentire falso scilicet sapientia intellectus scientia prudentia et ars. Unde versus Intellectus ars scientia dat et sapientia. Et duo sunt habitus intellectuales quibus contingit assentire falso scilicet opinio et suspicio

Fortitudo est virtus qua quis aggreditur terribilia et magna in quibus mors imminet propter bonum quod ut patet iii ethicorum — Vicia: excessus, defectus
Audacia est qua quis se exponit periculis magnis sine moderamine boni
Timiditas est que facit timere
Laymoltes dicitur qui virtuosus vel ambitiosus aut furiosus

Magnanimitas est virtus in magnitudine honoracionum quibus aliquis est dignus ut dicitur iiii ethicorum — Vicia: excessus, defectus
Pusillanimitas et inde dicitur qui indignum se dignificat quam sit dignus pusillanimus est

Magnificencia est virtus circa magna honorabilia et mirabilia consistens cum prudencia ordinata ad bonum finem ut dicitur iiii ethicorum — Vicia: excessus, defectus
Apirocalia et intemperantia que magnificencia boni
Parvificencia et dicitur inde parvificus

Mansuetudo est virtus qua quis sic naturaliter in adversis consistit ut a passione vinci non possit ut dicitur 4to ethicorum — Vicia: excessus, defectus
Iracundia et est quando aliquis irascitur in quibus non oportet
Inirascibilitas et inde dicitur irascibilis cum dure consuetos compescunt ut sibi 4to ethicorum

Temperancia est virtus in moderando delectabilia sensus gustus et tactus ut dicitur iii ethicorum — Vicia: excessus, defectus
Intemperancia et est excessus circa gustum et tactum
Insensibilitas et est qui non gaudet delectacionibus que circa gustum et tactum sunt

Liberalitas est medietas in dando et recipiendo ut dicitur iiii ethicorum — Vicia: excessus, defectus
Prodigalitas est que superhabundat in dando et non accipiendo
Avaricia que superhabundat in accipiendo et deficit in dando

Filotomia est virtus circa parvos honores et dicitur innominata — Vicia: excessus, defectus
Amor honorum et qui appetit honores magis quam oportet
Afilotomia et qui appetit honores minus quam oportet

Veritas est virtus qua quis verba et sermones circa ipsum existencia non maiora non maiora nec minora quam existens — Vicia: excessus, defectus
Iactancia inde dicitur iactator sed qui plus de se ipso testatur quam sit in re
Yronia et inde dicitur yronicus qui minus presumit de se quam sit

Amicicia est virtus qua quis amicum suum recipit et diligit ut oportet — Vicia: excessus, defectus
Placiditas et vocatur placidi qui omnia ad delectacionem et laudant et estimat quosvis sine tristicia esse
Discolia et illi vocantur discoli qui curant contrariare quosvis

Eutropolia est virtus qua quis intelligit et utitur in bonum sermones quos audit — Vicia: excessus, defectus
Prodigalitas que superhabundat in dando et non accipiendo
Avaricia est que superhabundat in accipiendo et deficit in dando

Nota sufficientiam habituum intellectualium

- Omnis habitus animi est
  - Speculativus hoc est duplex vel
    - Principiorum hoc est duplex vel
      - Complexorum sic est intellectus
      - Incomplexorum sic est sapientia
    - Conclusionum sic est scientia que est circa conclusiones
  - Practicus hoc est duplex vel est
    - Agibilium sic est prudentia
    - Factibilium sic est ars

- Et inter istos quinque habitus intellectuales duo sunt plus dicti scilicet
  - Ars in septem artes mechanicas
  - Et scientia in septem artes liberales que alio nomine vocantur artes generaliter capiendo artem

- Differentia est inter agibile et factibile
  - Agibile est quod fit a nobis operatione immanente ut sunt actus intelligendi et volendi
  - Factibile est quod fit a nobis operatione transeunte ut carpentare et fabricare

Nota de causis

13

primo methaphisice dicitur et secundo phisicorum: Quatuor sunt cause scilicet materia : forma : finis : et efficiens :

Cause per accidens sunt due scilicet casus et fortuna . 2° phisicorum

- Cause libri et hoc:
  - Materialis ut pergamenum et papirus in quo scribitur
  - Formalis est dispositio libri ad quatuor angulos
  - Efficiens ut scriptor scribens librum
  - Finalis est commune si est scriptus pro ... vel ad studium

- Cause sunt duplices
- Scientie sunt hec:
  - Materialis ut hec solet assignari ex libri utique materia:
    - Ex qua. De proprie loquendo scientia non habet materiam ex qua quia scientia est forma simplex cum opponitur composito ex materia et forma
    - In qua. Est subiectum inhesionis quod est anima mediante intellectu
    - Circa quam, est subiectum attribucionis de quo alibi
  - Formalis et est duplex:
    - Forma tractatus est divisio libri per libros et titulos et titulorum per capitula et capitulorum per partes unius principales
    - Forma tractandi est modus procedendi in aliquo libro qui distinguitur secundum hos modos scilicet qui sunt diffinitivus divisivus descriptivus quorum est ex parte subiecti et dividi in predicamentis et improbativus et exemplorum positivus qui est ex parte discentis
  - Efficiens et est duplex:
    - Primaria est deus gloriosus a quo omnia procedunt sine quo factum est nichil
    - Secundaria et est duplex:
      - Movens que movet aliquem auctorem ad compilandum aliqua pro suo placito aut alicuius commodo
      - Mota que attemptat petitionibus et desiderio cause moventis ut ipse est auctor, qui compilat aliquid huiusmodi quod quietat desiderium cause moventis
  - Finalis et est duplex:
    - Intrinseca que est perfecta cognitio subiecti attribucionis
    - Extrinseca et est triplex:
      - Remota que est cognitio omnium aliarum scientiarum que per discursum attinguntur
      - Remotior est sapientia
      - Remotissima est ipsa beatitudo in qua omnia ordinari debent

Nota de diffinitione subiecti attributionis

Subiectum dicitur sic. Est terminus communissimus [scilicet notitia consensa] in aliqua scientia consideratus [i. inquantum est adequatum tali scientie] primo notus [scilicet subiectum] non transcendens limites illius scientientie, ad quod [respectum] [scilicet omnia principalia in ista scientia] omnia habent ordinem et attributionem

Notandum quod subiectum in sua communi acceptione est equivocum ad octo, id est capitur octo modis

Primo [scilicet accipitur] pro obiecto potentie, ut sic color dicitur subiectum i. obiectum visus

Secundo capitur pro verna i. pro famulo alicuius domini, ut servus dicitur subiectum domini sui

Tertio pro corpore posito sub alio, ut fundamentum est subiectum domus vel parietis

Quarto pro subiecto accidentis, quod dicitur subiectum inhesionis, ut paries est subiectum nigredinis

Quinto pro subiecto propositionis, ut hic homo est animal, homo est subiectum [et diffinitur sic subiectum de quo aliquid dicitur]

Sexto [scilicet subiectum capitur] pro subiecto passionis, ut homo est risibilis, homo est subiectum risibilitatis

Septimo pro inferiori alicuius superioris, ut species est subiectum generis i. homo respectu animalis

Octavo [scilicet accipitur] pro subiecto attributionis quod est superius [scilicet alicuius scientie vel sive alicuius scientie] diffinitum

[consideracionis aut notitie ut sillogismus est subiectum logice, et de isto subiecto nota est ad propositum]

Subiectum vero ... positum sub eo ... inheret

Quando ... est ... [illegible]

Quando ... [illegible]

~~78~~

34

36

Oĩe beneficiũ datur ꝓpt officiũ vtz de pre: et def:

Sequuntur aliqua de univocatione entis

Sciendum quod secundum franciscum de marchia super primo sententiarum quatu-
or sunt gradus univocationis: per quorum diversificationem species de-
nominatur entis. Primo quo sciendum quod univocum descendit ad sua univo-
cata dupliciter. Aliquando enim descendit secundum eandem rationem: et consimilem modum essendi
communis ei: et eundem ordinem essentialem: et secundum eundem gradum perfectionis
essentialem: et illi gradus modus univocationis est perfectissimus gradus et
reperitur in creaturis. Ista enim univocatio est in specie specialissima.
Species enim specialissima descendit ad sua individua: ut homo secundum eandem
rationem: et secundum eundem modum essendi [illegible] secundum metaphysicum vel ordo essentialis
est inter species: non autem inter individua: et ideo species: non descendit in uno suo
individuo magis quam in alio. Accidit enim individuo quod sit prius: alio accid-
it enim individuo quod sit perfectius alio non [illegible] que perfecta duo. Quare
species descendit in illa secundum eundem gradum aeque perfectum: et hoc per se et hunc est
[illegible] in specie et in perfectissima comparatione.

Secundus gradus

minor illo est: quo aliquid descendit in
sua univocata secundum eandem rationem et eundem modum essendi: et secundum eundem ordinem
essentialem: non autem secundum ordinem perfectionis gradualem: quo descendit genus aliquod
subalternum: ut animal in suas species per rationale et irrationale. Eius enim ratio
est [illegible] que est substantia animata sensitiva est in ambabus speciebus: secundum eundem modum
essendi: et secundum eundem ordinem essentialem videlicet secundo modo: non tamen descendit
in ea secundum eundem gradum perfectionis essentialem. Altiorem enim habet gradum per-
fectionis homo: quam brutum. Verumtamen in diversitate graduum: recedit ab
univocatione: et accedit ad aequivocationem: ut quod dicit philosophus in 7o physicorum
quod latent aequivocationes in ~~generibus~~ [illegible] quibus videlicet philosophus innuit duo. Primo
attenditur eius univocatio [illegible] diversitatem graduum [illegible] penes quos
[illegible] est eius univocatio: et hoc non dicit latent univocationes differentie
aequivocationes sunt late [illegible]. latent [illegible] hoc sed que latent [illegible]
[illegible] graduum quae sunt [illegible] rationis formaliter [illegible] latent et [illegible]

quibus

Tertius gradus

Septem sunt divisiones entis

Prima divisione ens dividitur in ens reale et in ens rationis. Ens reale secundum scotum in quolibeto questione iii est quod habet aliquam entitatem extra considerantem intellectum. Et sic ens acceptum predicatur univoce de deo et de decem predicamentis. Sed quia intencio prima et ens reale ideo hic aliquid dico de intencione prima. Unde prima intencio est obiectum cognitum vel cognoscibile non causatum per actum comparativum intellectus super quo potest fundari intencio secunda. Ens vero rationis secundum scotum ubi prius est quod precise habet esse in intellectu considerante. Et secundum scotum in primo distinctione iii sententiarum questione ii sic tribus modis. Primo pro illo quod habet esse in anima subiective ut species et habitus. Secundo modo obiective sicut universalia sunt in anima per species a rebus causatas vel a deo impressas. Tercio modo pro comparacione passiva qua per intellectum unum obiectum cognitum ad aliud obiectum comparatur. Ens rationis primis duobus modis acceptum non distinguitur contra ens reale sed ens rationis secundo modo captum indirecte continetur nec continet sub se ens reale tamquam superius terminum inferiorem. Sed ens rationis tercio modo potest dici alio modo captum secunda intencio.

Non de secunda intencione sunt due opiniones famose. Prima est opinio

nominalium dicencium quod secunda est terminus mentalis naturaliter significans terminos ea racione qua sunt signa seu ea racione qua sunt significativi aliorum terminorum. Ut sunt isti termini mentales: Nomen, Verbum, participium etc., universale, predicabile, Genus, species etc. Qui naturaliter alios terminos significant.

Sed prima intencio est

terminus mentalis naturaliter significans rem et non terminum. Ut iste terminus homo, petrus, lapis qui rem naturaliter significant rem ad extra et non terminos. Alia est opinio scotisancium dicencium

Ista divisio est analogi in sua analogata

Enti reali et racionis ut est Unicum iiii Methaphisice etc.

Ut hic prima intencio est res apta nata intelligi etc.

Exemplum ut sunt omnia que sunt in tercio sunt buria racionis

Ut sunt sic et habitus vel qualitates intrinseca est cerat. Sed intrinsece sive habitum ad obiecta est ens racionis

Ut sunt acres comparate ad res comparacione passiva

Lapis est in anima obiective: sed species eius est in anima subiective

Ut comparatur at ad hominem comparacione passiva: quia quando homo obiectum movet intellectum passive

Species rerum sunt entia racionis et eo quod sunt in intellectu: sed sunt entia realia simpliciter ex eo quod causantur ille species ab ente reali. Ut species asini causatur ab asino. Secundo modo entia est illa species in ente reali ut in anima. Lapis enim non est in anima sed species lapidis etc.

Ut hic secunda intencio est terminus qui non immediate significat rem ad extra.

Simile est ubi 20 de anima ubi ponuntur due operationes intellectus scilicet simplicium apprehensio: compositio et divisio. Et Johannes grammaticus addit diffinitionem.

secundas intenciones non esse fmines mentales.

Sed secunda intencio:

Est relacio seu respectus rationis: causatus per actum comparatiuum intellectus: comparantis unum in ordine ad aliud. Corolarie sequitur: quia duplex est actus intellectus. Simplex [simplex actus] per quem aliquid simpliciter et absolute cognoscitur: non in ordine ad aliud. Alius est actus comparatiuus: per quem cognoscitur aliquid in ordine ad aliud scilicet ut actus intellectus: quo ego cognosco hominem in ordine ad aliud: vel aliquid aliud: et per talem actum causantur secunde intentiones

Actus intellectus simplex dicitur simplex ex eo quod quiditatem concepti alicuius per eadem actus simplicem intellectus

Secunda diuisio entis

Ens diuiditur in absolutum et respectiuum. Omne enim ens est [absolutum] formaliter. Absolutum: quod non est formaliter ad aliud sicut substantia: qualitas: quantitas: et cetera: predicamenta. Ens vero respectiuum, dicitur illud quod formaliter est ad aliud: ut sunt septem alia ultima predicamenta: et istarum relationum Quedam dicuntur intrinsecus aduenientes: sicut sunt omnes relationes de predicamento ad aliquid. Alie vero sunt extrinsecus aduenientes: ut relationes sex predicamentorum sequentium. Dicitur autem Relatio intrinsecus adueniens: que necessario ponitur: posito fundamento et termino: sicut est paternitas filiatio similitudo. Implicat enim contradictionem ponere duo alba quin sit similitudo eciam per diuinam potentiam. Scotus scito: et 30 sententiarum: et in multis aliis locis. Relatio extrinsecus adueniens: est que non necessario sequitur extrema posita in actu: ita quod aliquam ponens fundamentum et terminum potest poni: et tamen non erit relatio utputa de Relatione: agentis ad passum immo potest esse agens et patiens approximata: et tamen non erit actio: ut patet de tribus pueris in camino ignis ardentis: danielis iii.

Tercia diuisio entis

Ens diuiditur in substantiam et accidens et loquor de ente finito: et creato [finito et creato]

Accidens dividitur: nam ens creatum et intelligibile [?] relatiuum [?] in duo diuisit quidquid in creatura sit scilicet in substantiam et accidens

Substantia perfecta et completa dicitur duobus modis. Primo quia componitur ex materia et forma. Secundo quia ponitur in genere.

scilicet a nullo dependet: nec est effectus alterius:

Substantia capitur tribus modis. Uno modo: quod est a se: et per se: ut est deus: et sic non capitur hic substantia: quia clarum est quod deus non est ens realiter finitum. Alio modo dicitur substantia que est per se: sed non a se: ut est substantia perfecta predicamentalis substantie incipiendo a generalissimo usque ad individua inclusive secundum scotum in 2o. Tertio modo: dicitur substantia: que nec est per se nec a se: scilicet in substantialitate et incompleto: quia est pars substantie perfecte: et complete sicut sunt forme substantiales: et intelligo quod sit in alio, sicut partes essentiales vel integrales substantie est in substantia. Accidens etiam capitur dupliciter secundum scotum iiij sententiarum distinctione xij questione i et distinctione xvij questione ultima. Uno modo pro omni illo: quod convenit alicui: et non est de diffinitione quiditativa eius: et sic omnis propria passio est accidens suo subiecto: et omne accidens commune suo subiecto, et omne ~~superius suo inferiori~~ inferius suo superiori. Secundo accipitur accidens pro illo quod accidentaliter perficit illud quod existit in se perfectum essentialiter: nec necessario consequitur ipsum sed inest ei contingenter: et sic sumitur quando dicitur quod accidens est, quod adest vel abest etc.

Quarta divisio entis

Ens ulterius dividitur in ens simplex et compositum. Simplex autem dicitur multis modis. Primo modo simplex dicitur: quod non est compositum: nec componibile. Et isto modo solus deus est simplex: quia est summe simplex. Summe enim simplex dicitur quod non est compositum: nec alteri componibile. Et isto modo omne aliud a deo: dicitur compositum, vel componitur simpliciter isto modo simplex. Secundo modo: simplex dicitur: quod non habet conceptum quiditativum: et qualitativum. Et isto modo dicitur simplex: quod habet conceptum simpliciter simplicem: sicut sunt ens et passiones entis: et modi intrinseci: et etiam differentie ultime que habent conceptus simpliciter simplices quia non possunt resolvi in genus et differentiam: accipiendo ea pro significatis: et sic homo non dicitur simplex: quia in sua entitate includit genus et differentiam etc.

Compositio est duplex scilicet prima et secunda. Prima est que componitur ex materia et forma. Secunda compositio secunda est que materia componitur cum accidentibus.

Non conceptus quiditativus est quo videtur ad interrogationem factam per quid. Sed conceptus qualitativus est quo videtur ad interrogationem factam per quale etc.

plicis simplicium. Conceptus autem simpliciter simplex
est ille: qui non est resolubilis in alios concep-
tus simplices: quorum quilibet actu simplici: et dis-
tincte possit cognosci. Qui scilicet totum vel totaliter
scitur: vel totaliter ignoratur: quia non habet aliquid
per quod possit concipi: et aliquid cum quo posset i-
gnorari. Et isti simplicitati opponitur compositi-
o rei ex conceptu definibili: et definiti-
uo: et loquor hic de conceptu obiectiuo: et non
qualitatiuo. Tertio dicitur simplex quod
non est compositum ex re et re: modo sic di-
sunt accidentia materia forma: forma separata
Angelus, anima: licet tamen aliqui dicunt: an-
gelum et animam habere materiam et formam: quod non
credo verum loquendo de materia et forma phi-
sicali: sed bene componuntur ex genere et differentia, si-
ue ex realitate potentiali: et realitate a-
ctuali: que compositio non debet dici proprie com-
positio rei et rei: sed magis realitatis et
realitatis. Secundum Scotum, in iii et in octaua
dis. primi sententiarum: et isti simplicitati op-
ponitur compositio ex materia et forma. Qua-
rto modo dicitur simplex aliquid: quia non
est mixtum: et sic celum secundum veritatem et
quatuor elementa licet sunt composita ex materia
et forma: sunt tamen simplicia et non mix-
ta. Et isti simplicitati opponitur mixtio ex predi-
ctis patet. Et aliquid potest dici compositum
vel constitutum quatuor modis iam di-
ctis vt patet considerandi.

Aduerte tamen quod dixi est
Compositio sed cum hoc et ex hoc. Vnde sola
constituta dicuntur composita: compositione
cum hoc: licet constituentia possunt dici com-
posita: compositione in hoc: sicut materia et for-
ma, subiectum et accidens. Et accipio com-
positionem limitatam: et dico quod omne ens ...

Realitates sunt
que includuntur
in aliquo sicut res
sunt: quia includ-
untur in se a-
lia, vt petrus
et res: quia inclu-
dit in se homi-
nem: et sic de
humanitate et a-
nimalitate. 4
alia sunt rea-
litates: que in-
cluduntur in a-
lio: quia in pe-
tro et Jacobo

Nota etiam hec compositio est triplex
scilicet physica: quod componitur ex materia et
forma. Alia est methaphysica: quod
componitur ex genere et differentia: accipiendo
per primis intentionibus: vt hec declara-
tionale aduenies ... al ...
... Tertia est compositio lo-
gica: et est quod componitur ex genere et differentia
accipiendo per secundis intentionibus ...

di est compositum ex re et re: vel compositione
ex his: vel compositione cum his extenden-
do et compositionem essentialem: que est materie
cum forma: et ad compositionem accidentalem
que est accidentis cum subiecto.
Non ergo Angelus, anima, materia prima: et
forma specialis non sunt composita: composi-
cione ex his possunt tamen dici composita cum
his. Remanet ergo solus deus non est composi-
tus: nec componibilis.

Quinta divisio entis

Rursus ens dividitur in ens necessa-
rium: et in ens contingens. Unde
illud dicitur necessarium: quod non potest
non esse. Contingens vero quod potest es-
se et non esse. Invenimus tamen dici necessarium et
dici contingens secundum complexum et incomple-
xum. Necessarium complexum est
quod non potest non esse verum: sicut sunt pro-
positiones primi modi et secundi et de aliis.
Contingens vero complexum
est quod potest esse quandoque verum: et quandoque
falsum: sicut sunt propositiones de materia contingenti.
Necessarium autem incomplexum: Est quod non potest
non esse: et hoc dupliciter: vel quantum ad esse simpliciter
et sic solus deus dicitur necessarius: quia est a se. Et
per oppositum: aliud dicitur contingens: quia est ab ali-
o: et potest esse: et non esse. Necessarium vero secundum
quid. est illud quod non potest non esse quantum ad
se solum quid. sic sunt omnes res mundi: que
sunt perpetue. habuerunt enim ab eterno esse cognitum
et in aliqua parte naturae cum determinatione divi-
ne voluntatis. Et propter hoc necessaria sunt in ta-
li esse: Cum quod procedit determinationem divine
voluntatis est necessarium: nec aliquid est contin-
gens: ut opponitur isti necessitati.

Sexta divisio entis

Marginal notes (left): necessarium quod est talem necessario: quod potest non esse vel de...; principalis vel secundum quid.

Marginal notes (interlinear): s. se totis obiectiva; s. inferunt; s. distinctio communis; s. identitas communis; quia infert omnes alias

Marginal notes (right): se totis subiective: secundum primum modum dicendi Et se totis obiective sunt primo diversa, et ideo et dicuntur distingui se totis: aliter tamen et aliter. Omnia que distinguuntur se totis subiective sunt primo diversa in realitatibus: sic quod in nulla realitate conveniunt, Sed que distinguuntur se totis obiective, sunt primo diversa, non solum in realitatibus sed et in conceptu reali quia in nullo quiditative conveniunt: De quibus octo viii distinctionum primi est. Et per oppositum illa sunt eadem se totis obiective, que in aliquo conceptu reali quiditative conveniunt. ut sunt omnia illa de quibus ens predicatur univoce seu in quid est

~~114~~ 57

afrendendo ut animal et homo distinguuntur ex natura rei
et non sunt eis formaliter cum animal includatur in ho-
mine in primo modo dicendi per se. ¶ Septimum
Corollarium: cum distinctione obiectiva nulla stat
identitas. ¶ Octavum Corollarium: Cum identitate
(sicut patet de subiecto et propria passione)
reali stat distinctio formalis et ex natura rei. Et
hec omnia patent ex premissis. Sed ista opinio
licet sit multum communis et famosa a-
pud omnes Scotisantes, videtur tamen continere multa
falsa, nec sequitur doctorem subtilem, immo
manifeste asserit aliqua contra ipsum. Ideo hoc
secundo loco arguo contra eam probando. ¶ Pri-
mo quod nulla sit distinctio ex natura rei minor
distinctione formali, et quod distinctio ex natura rei
(potest aliqua distingui ex natura rei et esse idem formaliter)
non potest stare cum identitate formali. Quia
quecumque distinguuntur ex natura rei distinguuntur for[maliter]
et econverso. Ergo distinctio ex natura rei non stat
cum identitate formali. Nec est minor ipsa.
(sicut quecumque distinguuntur formaliter distinguuntur ex natura rei)
Consequentia est manifesta, et antecedens quo ad secundam
sui partem conceditur ab eis. Sed quo ad primam partem
probatur. Quia quecumque distinguuntur ex natura rei
(sicut aliam et aliam quidditatem)
dicunt aliam et aliam rationem formalem. Sed que
(Quia distinctio formalis est inter distinctas formalitates et quidditates:)
dicunt aliam et aliam rationem formalem di-
stinguuntur formaliter. Ergo quecumque distinguuntur ex natura
rei distinguuntur formaliter. Maior est evidens.
Et minor probatur discurrendo per omnia illa
que ipsi ponunt distingui ex natura rei et non for-
maliter. Primo de superiori et inferiori. Mani-
festum enim est quod superius et inferius habent ali-
am et aliam rationem formalem. Cum ratio inferi-
oris sit extra rationem superioris. Similiter sicut ipsi
dicunt ratio Sortis est incommunicabilis, ratio autem
hominis est communicabilis. Sed eadem ratio formalis
non potest esse communicabilis et incommunicabilis. Si-
militer potest de toto in partibus. Ratio enim formalis

Quamvis in maxima ve-
neratione habeam Scotum ex-
cellentissimum virum, et summe
Scotistam: tamen repeto quod
sua glosatorem quam intendit
non ponit Scotus expresse
in aliquo loco. Ideo rationes
iste contra quosdam posteriores Sco-
tisantium esse solubiles in
via Scoti pauris [illegible]
Antecedens igitur huius prime [illegible]
rationis pro prima sui parte
negatur et ad probationem
omnes enim negatur maior.
Et cum probatur inductione, pri-
mo de inferiori et superiori
dico quod expresse de mente
Scoti est inferius esse
idem suo superiori. Vide
diffinitionem identitatis
formalis quam ponit in
prima dist. primi, hec verba dic-
it autem identitatem formalem
ubi illud quod dicitur sic esse inclu-
dit, cum sic est idem, in ratione
sua formali: et per se primo
modo. Sic tamen stat quod inferius
non sit idem ex natura rei suo su-
periori propter differentiam contrahentem
[illegible] de eis. Et similiter
dicitur de toto et partibus. Ponunt enim
totum physicum et metaphy-
sicum esse idem formaliter
suis partibus, quas includit
in sua ratione formali, et tamen
distinguitur ab eis ex natura rei.
Et eodem modo dicendum est
de diffinito et diffinitione
quam in sua ratione forma-
liter includit. Nec plus [illegible]
[illegible] addente probatur: quod
rationes formales earum non
sunt prorsus una ratio formalis / distinctio
Et propter hoc ponitur ibi diffinitio ex natura rei. Sed autem econverso superius est idem formaliter cum suo inferiori et
[illegible] suo toto, sicut diffinitum cum diffinitione, [illegible] ad solutionem quartam rationem. Quod autem
addit de quidditate et modo intrinseco nihil valet ad propositum, quod expresse dicit Scotus [illegible] dist. primi quod
modus non dicit aliam formalitatem ab eo cuius est. Et in [illegible] dist. [illegible] Modus intrinsecus est idem [illegible]
natura rei [illegible] modus [illegible] patet falsitas minoris assumpti ad probandum antecedens pro prima parte [illegible]
quecumque distinguuntur ex natura rei dicunt aliam et aliam rationem formalem [illegible] et data, hoc addita non tamen est falsa [illegible]
[illegible] quecumque aliam rationem formalem infert distinctionem formalem [illegible] alterum non includit per se primo modo [illegible]
oppositum est quod adduxit probando maiorem. Et eadem est solutio confirmationis [illegible] quod eorum que distin-
guuntur ex natura rei non est prorsus una ratio formalis seu quidditas. Et per [illegible] additur de [illegible] et abstracto [illegible] supra
[illegible] adductum est ad distinctionem ex natura rei [illegible]

tomus e alia a rationibus formalibus partium. Cum
eas ratio formalis non sit constituta: et non
constituta, constituens et non constituens: sic de
modo intrinseco: et re cuius e modus. licet modus
intrinsecus sit ille: qui additus alteri: non va-
riat rationes eius formales, ut patet de albedine
et eius gradibus, albedo enim intensa et remis-
sa, sunt eiusdem rationis formalis, non e talis
modus conveniens rei in primo modo dicendi per
se, quare ratio erit ille ratione formali: cuius re
cuius est modus: licet forte propterea non distinguatur
formaliter a re cuius e modus: quia ad distinc-
tionem formalem requiritur fortassis: quod sit qui-
ditas, Modus intrinsecus autem non est ipse
formalitas, ut quiditas, Omnis quiditas
alteri addita, variat rationes eius forma-
lem seu constituti per illam, ut rationale et
irrationale, sicut addantur animali: constituunt
species habentes diversas rationes formales. Non
sic modus intrinsecus. Unde nulla ratio
quiditativa potest addi alteri, quin variet speciem
ut simpliciter hoc e de una specie aliam fa-
cit speciem: puta si addatur differentia primus ad esse
quiditativum quin faciat speciem aliam. et non
perficit tantum species media: sed tamen perficit species
subalterna: intermedia Patet QUARTO, de diffinitione
et diffinito: nam ratio formalis diffiniti e alia
a ratione formali diffinitionis. Ratio enim formalis
diffiniti e ratio totius: et ratio formalis diffi-
nitionis est ratio partium: Nam dictum e quod e
alia ratio formalis totius, et alia partium, Ite
Manifestum e Ex alius est per se grepta

114

diffinicionis, aliter diffinitionis accipiendo pro con-
ceptibus significatis ergo aliam et aliam concep-
tibilitatem dicunt diffinicio et diffinitum. Sed
tales conceptibilitates non sunt nisi rationes
formales, sive obiecta formalia conceptibilia ergo
diffinicio et diffinitum dicunt aliam rationem
formalem. Assumptum est doctoris subtilis, secunda
distinctione primi, ubi ex intencione probat il-
lud duobus aut tribus mediis, et confirmatur
illa ratio. Quecumque important aliam et a-
liam quiditatem, illa distinguuntur quiditati-
ve et formaliter: sed non que distinguuntur
ex natura rei, distinguuntur quiditative et for-
maliter, igitur distinctio ex natura rei non potest
stare cum identitate formali, nec est mi-
nor ipsa Maior est manifesta: quia ubi-
cumque est alia et alia quiditas ibi est distinctio
quiditativa. Sicut ubi est alia et alia res, ibi est distinc-
tio realis Minor constat quia omnis distinctio quiditativa
est formalis Minor est sufficienter probata per
discursum factum in precedenti ratione. Patet enim per ipsum scilicet discursum
manifeste quod omnia que ipsi ponunt distingui ex
natura rei, et non formaliter, habent aliam et aliam
quiditatem vel saltem dicunt quiditatem, et mo-
dum intrinsecum eius. Si dicitur quod con-
cretum et abstractum distinguuntur ex natura rei, et
tamen non habent aliam et aliam quiditatem. Dico
quod hoc est falsum. Quia quecumque distinguntur
penes diversos modos concipiendi idem obiectum
formale sola ratione distinguuntur, et non ex natu-
ra rei, sed concretum et abstractum solum dis-
tinguuntur penes diversos modos concipiendi idem ob-
iectum formale, igitur sola ratione distinguuntur et non

ex na rei Maior est manifesta: quia sola diversitas concipiendi ad obiectum formale in modo non arguit distinctionem ex natura rei Minor est doctoris subtilis, in secunda distinctione primi, et in pluribus aliis passibus sue doctrine:

Secundo principaliter ad idem supponendo. Quod distinctio una in intellectu est penes diversos modos concipiendi idem obiectum formale, et hoc sive concipiendo grammatice ut homo et hominis, sive logice ut homo et humanitas. Alia est distinctio maior in intellectu: concipiendo duo obiecta formalia duobus actibus, et hoc sive illis correspondeant diverse res, ut intelligendo hominem et asinum, sive una res ad extra ut intelligendo colorem et disgregativum ista suppositio est in forte, ipsius doctoris subtilis in secunda dis: primi ubi investigat distinctionem formalem, inter rationem essentie divine, et rationem suppositi. Isto supposito probo quod superius et inferius, non solum distinguuntur ex natura rei sed et formaliter. Quia intellectus intelligens hominem et Sortem, aut intelligit ipsa ut diversa obiecta formalia, aut sicut ut idem obiectum formale, sub alio et alio modo concipiendi, Non secundo, quia tunc non esset maior differentia, quam concipiendo hominem, et humanitatem et ita non concipiet hominem, seu humanitatem, magis communicabilem quam Sortem Nam homo non est incommunicabilis, sed humanitas est communicabilis. et ergo, igitur sed homo et Sortes, non plus differunt quam humanitas et homo, homo non esset communicabilis sed Sortes sit incommunicabilis. Si primo tunc ista diversa obiecta formalia sunt due rationes in re ex natura rei reperibiles et non fabricate per

Secunda ratio principalis, facile solvitur ex hiis: que dicta sunt concedendo enim quod maior est distinctio inter hominem et Sortem, quam inter hominem, et humanitatem: quia hic solum est rationis ubi vero est distinctio ex natura rei Sed inter hoc Sortem ad hominem, est identitas formalis, ut patet ex precedentibus sed probationem vero qua probatur, ibi esse distinctio formalis, dicendum est sicut ad minorem precedentis rationis etc. –

patet ex d[…] formale form[…] differ[…]

actuum intellectus negotiantis seu comparantis. Sequitur quod in ipsa erit distinctio formalis. Nam ubicumque est alia et alia ratio formalis, ibi est distinctio formalis: quia alietas in diversis rationibus formalibus arguunt aliam et aliam formalitatem, et alia et alia formalitas arguunt distinctionem formalem. Eodem modo possumus arguere de diffinito et diffinitione: de toto et partibus. Ex his manifestum est quod non est ponenda aliqua distinctio precedens actum intellectus minor distinctione formali: que possit stare cum identitate formali. Preterea tertio principaliter arguo: quod hoc est contra doctorem subtilem expresse in eius distinctione secunda primi, in loco preallegato ubi ponit distinctionem formalem: seu non identitatem, inter essentiam divinam, et proprietatem, declarando quod sit dicta formalis, seu non identitas, quod ponitur precedens actum intellectus sic in forma dicens. Dico quod tam in rebus quam in intellectu dicta aliqua maior manifesta maior est, Et quod illa concluditur frequenter dicta minor, que est immanifesta, sic aut manifesta est distinctio rerum, Et hec dicitur secundum suppositorum et naturarum. In intellectu manifesta est dicta dicitur secundum modorum concipiendi, et obiectorum formalium, Ergo hec concluditur dicta hec minor, que est manifesta, quia minima in suo ordine, hec est in rebus que precedit intellectum, hec ille. Ex quo manifeste patet quod doctor non solum sententialiter, sed et verbaliter, ponit distinctionem formalem, seu non identitatem.

¶ Ad tertiam dico duos esse amplitudines in distinctione formali, saltem generaliter accipiendo, intelligitur distinctio ex natura rei. Et hec solutio applicatur contra intentionem adversariorum, Nam ut ipse Scotus in fine huius questionis ponit, Distinctio formalis est duplex. Quedam est inter duas formalitates, quarum una per se non est alia, Et hec est minima distinctio inter eas a parte rei. Alia est distinctio formalis: que est inter duas formalitates quarum una non includitur in altera, per se primo modo. Et distinctio ex natura rei minor est quam formalis. Secundo possum dici quod ubi Scotus loquitur de hiis que sunt distincta, prius opus intellectus, quod sunt per se et seorsum conceptibilia. Ita quod unum non est de intellectu essentiali alterius, harum enim distinctio, vere dicta precedens omnem actum intellectus. Sic est de essentia et relatione. Sed de hiis que solum distinguuntur ex natura rei non sic, dicitur vere. Tertio possum dici, quod doctor qui primo ausus est investigare ita profunde: illam non identitatem in divinis, Moderate locutus est, propter simplicitatem divinam salvandam, Et propter adversarios abhorrentes huiusmodi distinctionem, Extreme enim loquuntur doctores aliqui, propter adversarios, ut notant habetur in secunda distinctione xxxiiii, Solvendo primum principalem, Sed et non audet eam appellare distinctionem; sed non identitatem: etc.

litatem esse minorem inter omnes predictes intel-
lectus: nulla ergo est minor distinctio maior
ex natura rei distinctione formali. Item se-
cundum ipsum Scotum probatur quod superio-
ra distinguantur formaliter a suis inferiori-
bus, quod negant isti sequaces sui, ipse enim
in distinctione secunda sentencia primi respondendo ex
intencione ad questionem, quam format ibi scilicet
V. imago trinitatis consistat in tribus po-
tenciis anime racionalis realiter distinctis, sic
respondet in forma: Ideo dico aliter sicut
sanctus Dionisius quinto capitulo de divinis
nominibus, continencia unitiva non est eorum que
omnino sunt idem, quia illa non uniuntur: nec eo-
rum que manent distincta ista distinctione qua
fuerunt distincta ante unionem, sed est eorum
que sunt unum realiter, manet tamen distincta for-
maliter, sive que sunt idem identitate reali
distincta tamen formaliter, huiusmodi autem contenta
sunt in duplici differentia, quia quedam sunt de
natura continentis, ut quecumque sunt superiora
ad continens, ubicumque ab eadem re accipiuntur
ut albedinis coloris, qualitatis sensibilis
et qualitatis: et hec sunt superiora ad hanc
albedinem, et ideo omnia sunt de essencia
eius. Alia sunt contenta in aliquo uni-
tive, que inferiora: quia quasi passiones re-
tinentis, nec sunt res alie, ab ipso continente
ista modo ens continet multas passiones: que
non sunt res alie ab ipso ente, ut pro-
bat Aristoteles 4o methaphysice, textu commenti 3.
et alibi: distinguntur tamen formaliter adinvicem
et quiditative, hec ille. patet igitur clare,
quod omnia superiora unitive continentur in suis

inferioribus et quod ad . . . continentiam continua
requiritur quod contenta distinguantur formaliter
a continente. Sed breviter isti scotiste non
dicunt ad doctrinam Scoti: conformiter quia
nusquam ponit distinctos ex natura rei distinctam
contra distinctos formalem, immo oppositum
expresse ponit. Sicut patet ex istis prius allegatis
et ex multis aliis passibus sue doctrine quos
dimitto causa brevitatis Quarto prin-
cipaliter ex dictis eorum: dicunt
enim quod distinctio formalis est illa que est
inter aliqua duo, quorum unum non includit
aliud in primo modo dicendi per se. Sed ista descrip-
tio sit sufficiens sequitur contra quod superius et in-
ferius distinguantur formaliter, sicut totum et
sue partes, diffinitum et diffinitio, et non so-
lum distinguuntur ex natura rei. Probatur consequentia
quia omnia extrema sic se habent quod unum non includit
aliud in primo modo dicendi per se, illa distinguuntur
formaliter, sed superius et inferius, totum et par-
tes, diffinitio et diffinitum sic se habent, quod unum
non includit aliud in primo modo dicendi per se, igitur
distinguuntur formaliter. Maior est evidens ex
descriptione distinctionis formalis data ab eis. Minor
probatur, quia superius non includit inferius
in primo modo, cum nullum superius diffiniatur per suum
inferius, immo omnia inferiora sunt de ratione
per se superiorum, Similiter diffinitio non includit
diffinitum in primo modo dicendi per se, et propositiones per
se non convertuntur secundum philosophum primo posteriorum capi-
tulo de statu principiorum, sic intelligendo
quod si predicatum dicatur de subiecto per se non
sequitur dicetur subiectum de predicato per se

Ad illud quod allegatur superius contra ab inferiori Et ad quartam rationem principale dico quod non est contra me: nam teneo verum esse de mente Scoti quod superius distinguitur formaliter a suo inferiori, licet inferius sit idem formaliter suo superiori Et similiter dicendum est de distinctione partium a suo toto Et diffinitionis a suo diffinito In omnibus enim hiis, distinctio ex natura rei mutua, sed tantum identitate formali non mutua, licet enim totum sit idem formaliter suis partibus per se, quia illas includit in sua ratione formali: non tamen econverso, nisi terminative Ad cuius declarationem sciendum quod sicut secundum apostolum in quinto methaphisice, quidam relativa habent inter se relationem mutuam, ut patet de patre et filio: aliqua vero habent relationem non mutuam relatio que in uno extremo est tantum fundamentaliter, vel subiective, et in altero solum terminative, ut patet de scientia et scito: Scientia alias enim habet relationem ad scibile, sed non econverso, nisi terminative. Similiter est de distinctione, que et est quedam relatio, et identitate. Est quod inter inferius et superius identitas formalis, non mutua. Quia solum inferius identificatur superiori, et non econverso, Ut patet ex diffinitione identitatis formalis allegata in solutione principalis rationis. Et oppositum est de diffinitione formali inter ipsa. Sed quod doctor plenius tractat illa esse formaliter, quorum unum est de essentia alterius, ut dicitur in quolibet dist. xii, questione prima, Et in septimo metaphysice, questione prima, Ideo scotiste antiqui absolute dicebant, inferius et superius esse idem formaliter etc.

Sed contra arguitur, quia si ista est per se primo homo est
animal rationale, ista non erit per se primo animal
rationale est homo. Sed maior contra arguitur. Similiter partes
non includit totum in primo modo dicendi per se. Si
dicatur ad ista quod superius non includit infe-
rius in primo modo dicendi per se, ~~quod propositio per se~~
neque diffinitio diffinitum, neque partes totum,
sed inferius includit suum superius in primo
dicendi per se, et diffinitum diffinitionem, et totum
suas partes. Hoc non valet, quia licet per hoc concluditur
quod omne inferius esset idem formaliter suo superio-
ri, et similiter quod diffinitum sit idem formaliter sue
diffinitioni, et similiter totum est idem formaliter suis
partibus, propter hoc scilicet quod quodlibet illorum in-
cludit reliquum in primo modo dicendi per se. Sic eo-
demmodo concluditur quod superius non est idem forma-
liter suo inferiori, quia non includit ipsum in pri-
mo modo dicendi per se, et quod diffinitio non est ea-
dem formaliter suo diffinito, et quod partes non sunt for-
maliter eadem suo toto, quia nullum illorum in-
cludit reliquum in primo modo dicendi per se. Et con-
firmatur, quia in causis propriis sicut affirma-
tio est causa affirmationis, et negatio nega-
tionis per philosophum primo posteriorum. Ergo si includere
aliud in primo modo dicendi sit causa precisa qua-
re includens est idem formaliter incluso, non
includere aliud in primo modo dicendi per se erit quare
non includens sit non idem formaliter inclu-
so. Modo constat, si de secundo distinctionis forma-
lis data ab eis sit sufficiens, quod causa pre-
cisa quare aliquid est idem formaliter alteri est
quia includit alterum in primo modo dicendi per se vel
vice versa, oportebit eos concedere ista que in istis in-
stantiis inferuntur, que si fuerint negata, ut
oportet eos dicere, tunc descriptiones tam

diffinitionem format, quia identitates sunt ab
eis insufficienter assignate **Preterea**
quinto arguitur principaliter contra modum
ponendi ipsorum distinctionem se totis subiectiue
Quia si illa solum distinguerentur se to-
tis subiectiue, quorum realitates sunt si-
tu et loco actuate separate, et in actuali
existentia, ut duo indiuidua eiusdem speciei
sequitur quod corpus et anima, sic unita non
distinguerentur se totis subiectiue, nec etiam
homo et albedo sua, neque anima intellectiua
et sua sua, quod est falsum, ergo illud ex quo
sequitur, consequentia est manifesta, quia omnia
ista non habent realitatem loco et situ, actu
separatas, et in actuali existentia, falsitas consequentis
probatur: quia si illa non distinguerentur se totis
subiectiue, sequeretur quod conuenirent in aliqua
realitate subiectiua, seu in aliquo actu ex-
istendi, quod est falsum, quia quecumque due esse-
ne essentialiter, et realiter distincte, ad se inuicem
habent alium et alium actum existendi, seu
aliam et aliam realitatem subiectiuam, sed
corpus et anima sic unita, similiter homo, et al-
bedo sua, similiter anima et sua sua sunt realiter
et essentialiter distincta, ergo non conueniunt in
aliquo actu existendi, seu realitate subiec-
tiua Maior probatur, quia una queque res, seu es-
sentia habet suum proprium actum existendi, cum esse
essentie, et esse existentie, identificentur realiter
sic igitur corpus, et anima habent aliam et aliam
entitatem, ita habent aliam et aliam existen-
tiam actualem Unde breuiter non video, quod anima
et corpus, similiter quod actus et subiectum, conuenerat

Quinta Ratio non procedit contra eum qui ponens distinctionem se totis subiectiuam, ut ea que non conueniant in aliqua realitate positiua contrahibili per differentias, quem modum ponendi substituit Bauli-fer, ut notaui supra: circa diffinitionem distinctionis se totis subiectiue Pro sustinendo secundum modum distinctionis subiectiue quam ipse ponit, Dico quod ad distinctionem subiectiuam: non sufficit diuersitas ex-istentie actualis aliquorum, sed requiritur quod habeant secundum situm uel separatum existentiam, seu quod non sint in uno supposito: ut subiecto, Et per hoc distinguuntur a reali, et essentiali, procedit ergo argumentum, ex falsa imaginatione etc.

magis in aliquo actu essendi quam ambobus.
seu in aliqua realitate subiectiua, quam vni-
uersus sit, quam que sunt actualiter separata. Iste

Sexta ratio Ilto est quod omnes doctores ... sancti et illa pleriquis et antiquiores: negabant, quod aliqua vna distinctio inferat vniuersaliter omnes alias doctores ... ...

Sexto arguitur: probando quod distinctio
se totis obiectiue, non inferat omnes alias,
nec sit maior omnibus aliis, quia visibile et
flebile, distinguuntur se totis obiectiue, sicut
risibile et homo: et tamen non distinguuntur realiter, ergo
distinctio se totis obiectiue, non infert distinc-
tionem realem, nec est maior ea. Assumptum
probatur, quia in nullo conceptu quidditatiuo re-
ali quidditatiue conueniunt, cum illa habeant
conceptus simpliciter simplices, neque includunt eius (sunt se totis diversa)
quidditatiue. Quod enim propria passio nunquam includit
est simpliciter simplex, nec aliquid includens
quidditatiue. Quod confirmatur et est quasi idem
quia veritas et bonitas, que sunt propriae passiones
entis distinguuntur se totis obiectiue, et tamen non
distinguuntur realiter, ergo distinctio se totis obiectiue
non infert distinctionem realem, nec omnes
alias. Assumptum patet, quia in nullo conceptu com-
muni quidditatiue conueniunt, in nullum sit super
ad ipsas. Dicunt enim conceptum simpliciter sim-
pliciter simplicem irresolubilem in aliud prius,
Nec ens quidditatiue praedicatur de ipsis, cum
sit subiectum ipsarum, nullum enim subiectum
praedicatur quidditatiue de suis propriis passioni-
bus. Quod autem omnia praedicta identificentur re-
aliter, patet, quia quaelibet propria passio identificatur realiter
cum se. Confirmatur secundo: duae differentiae ultimae dis-
tinguuntur se totis obiectiue, et tamen possunt esse in
essentialiter et realiter, ergo distinctio se totis obiectiue
non est maior omnibus aliis, neque infert omnes
alias

[Left margin, continued:] ... quod ... distinctio ... manifesta est ... frequentius ... notatur ... frequentius: et non ... quod inter distinctiones sit quaedam maior et non formalis: sed quamuis ... distinctionum, ordinatae ... recurrat ad maiorem distinctionem et minorem intensiuam, et extensiuam ... quodlibet ... maior et minor distinctio intensiua consequatur maior ... minor ...

[Right margin:] Haec ... praedicatum ... non omnibus ... de omnibus quidditatiue ... qui dicunt conceptum simpliciter ... non resolubilem in alios ... ut ... in ... dist. et ...

Minor probatur, quia ultima differentia specifica al-
bedinis, et differentia individualis [individuans] huius albedi-
nis distinguuntur se totis obiective, et sunt
primo diverse, cum sumantur ab ultima re-
alitate speciei, et ultima realitate individui.
Et dicunt conceptus simpliciter simplices, et
tamen non distinguuntur essentialiter: neque realiter
nisi quod differentia speciei realiter identificetur in quolibet in-
dividuo illius speciei, ut cum differentia eius in-
dividuali, et ista ultima assumpta sunt [de passionibus entis] de
mente doctoris subtilis, in tertia dis. secundi:
In materia de principio individuationis, et in mul-
tis aliis passibus, quos quidem nunc omitto. Ex
patet quomodo formalizantes multa dicunt contra
opinionem doctoris subtilis. Patet et falsitas mul-
torum dictorum ab eis. Patet et quod cum
distinctione se totis obiective stat identitas re-
alis et essentialis. Patet etiam quod non est ma-
ior ambabus aliis, nec infert ambas alias
quarum opposita asserebant, ita sunt corollaria.

¶ Preterea septimo principaliter
probo quod distinctio realis et
essentialis non inferunt distinctionem formalem immo
cum identitate formali stat distinctio tam realis
quam essentialis, quia anima intellectiva et corpus
sunt idem quidditative et formaliter homini, et tamen
realiter et essentialiter distinguuntur ab homine, ergo
distinctio realis seu essentialis non infert distinctionem
formalem, immo cum identitate formali stat dis-
tinctio realis et essentialis. ¶ Assumptum pro prima
parte patet, quia tam anima intellectiva quam corpus
includuntur quidditative et formaliter in homine, et
homo includit illa duo in primo modo dicendi per se, ergo

sunt idem formaliter homini, vel saltem homo est formaliter
corpus, quia per descripcionem identitatis formalis datam ab
ipso Illa enim sunt idem formaliter secundum eos quorum
unum includit aliud in primo modo dicendi per se Minor
probatur, quia de quiditate seu diffinicione quiditative
tiva, cuiuslibet rei naturalis est tam materia quam ipsa forma
substancialis eius, sed corpus et anima intellectiva
sunt huiusmodi ergo etc. Et ita potest argui de quibus-
libet rebus materialibus, et hec de intencione doctoris subtilis
in 4to, In illa q. Utrum resurgens fuerit homo in
tridno Secunda pars assumpti principalis scilicet quod anima intel-
lectiva et corpus realiter distinguuntur ab homine
Et quelibet materia et forma a toto composito, patet
per doctorem in tercio distinccione secunda, et omnes scoti-
zantes ¶ Preterea octavo principaliter
arguo et probando quod identitas
racionis non infert omnes alias identitates, cuius op-
positum dicunt in suis corollariis quia pater et filius et
spiritus sanctus, sunt idem racione seu habent identita-
tem racionis, et tamen non sunt idem realiter suppositaliter
seu personaliter igitur identitas racionis, non infert omnes
alias identitates Antecedens pro secunda sui parte ma-
nifestum est nam alia est persona patris alia filii a-
lia spiritus sancti et distinguuntur realiter et suppositaliter
inter se, cum nulla res sit que separari possit
et seu spirat Sed secunda pars assumpti probatur ¶ Illa
de quibus dicitur unus atque idem respectus racionis mere seu
eadem relacio racionis mere, illa sunt eadem racione et
habent identitatem racionis, sed de patre et filio et
spiritu sancto, dicitur unus et idem respectus, seu relacio
racionis mere ergo sunt idem racione ¶ Maior patet Nam sicut
illa distinguuntur racione, de quibus dicuntur diverse
raciones, seu respectus racionis ¶ Ita illa dicuntur eadem

rone de quibus d. unus et idem respectus seu relacio racionis Minor probatur quia pr et filius et spus sanctus sunt unus dns respectu creature, unus creator unus conservator et rector etc de similibus, modo constat quod tale dominium et respectus creacionis actiue et conseruacionis et gubernacionis etc de similibus importat solum relacionem seu respectum racionis quod erat Confirmatur quia omnis respectus seu relacio dei ad creaturam est communis tribus personis presertim loquendo de respectu cause ad causatum, et creantis ad creatum, cum opera trinitatis ab extra sunt indiuisa Sed omnis talis respectus dei ad creaturam est respectus racionis et non realis eo quod deus non possit referri habitudine ad creaturam reali seu ad aliquod aliud extra se existens in tali respectu quo tres persone conveniunt sunt sunt idem simpliciter in aliquo essenciali ad extra

Item nono principaliter arguitur ad idem Predicamenta sunt res racione et tamen non sunt res reale et essencialiter aut saltem formaliter, ergo identitas racionis non infert omnes alias identitates Assumptum pro prima sui parte patet Nam predicamenta secundum unam opinionem distinguuntur essencialiter et realiter aut admodum formaliter secundum aliam Vel 3o secundum unam opinionem habent predicamenta saltem sextum aliquas specierum distinguuntur realiter a se inuicem Sed prima pars assumpti probatur Nam omnia predicamenta conveniunt in ista secunda intencione seu relacione racionis, que est genus generalissimum Ista enim est genus generalissimum et qualitas etc de aliis Confirmatur quia homo et lapis in istis propositionibus homo mouetur et lapis est in centro terre, deficiunt racione, cum conveniunt in isto respectu racionis seu secunda intencione quod dicitur subiectum seu subici in propositione, et tamen constat quod distinguuntur essencialiter et re-

rale · igitur identitas rationis non infert omnes alias identita-
tes Nec valet si dicatur quod non est idem respectus rati-
onis mundo · seu secunda intentio · que dicitur · de decem predi-
camentis sed solum specie · nec eadem secunda intentio mundo
que dicitur de subiecto unius propositionis · et alterius · sed solum
specie · quia tunc nulla entia creata · vel paucissima pos-
sunt identificari ratione · et hoc loquendo regulariter
Et etiam quod loyci generaliter loquuntur · de secundis intentionibus · seu
respectibus rationis · quia et generaliter dicunt · nulla entia
creata realiter et essentialiter distincta totaliter · ubi minus
discrepata possunt convenire · in aliquo respectu rationis · uno
que dicitur de ipsis · ubi notanter dixi · generaliter et regula-
riter · quia in aliquibus entibus oppositum invenitur · ut pa-
tebit in ratione sequenti ¶ **Similiter** Nullum est reale
relatum · quantumcumque sit sibi ipsi idem realiter · et penitus
extra naturam rei potest convenire cum seipso · in uno res-
pectu seu relatione · relationes mundo Sortes enim quam-
vis sibi ipsi sit penitus idem ex natura rei · tamen istis duo-
bus propositionibus Sortes legit Sortes disputat · non convenit
sibi ipsi · Nec dicitur sibi ipsi · in uno respectu seu re-
latione · relationes mundo · Alia enim est secunda inten-
tio · seu relatio rationis subiecti ut dicitur de ipsa · in pri-
ma propositione · Et alia ut dicitur de ipsa · in secunda propositione
sed · quia intellectus · non potest facere · quod idem realiter
omnibus modis idem ex natura rei · esset sibi ipsi idem ra-
tione si oporteret eundem respectum · seu relationem ra-
tionis mundo rei de eisdem ratione · seu de hiis que
identificantur ratione ¶ **Ultimo et decimo
principaliter arguo sic ·** Aqua sola pura et
vera ista · ego baptiso te · in nomine patris et filii
et spiritussancti · sunt realiter et essentialiter distincta · et
tamen conveniunt in uno respectu · seu relatione ratio-
nis mundo · in qua identificantur ergo distinctio re-
alis et essentialis · stant cum identitate rationis &c.

Iste tres rationes ultime
octava nona decima pro-
bantes · quod identitas rationis
non infert omnes alias i[...]-
nis valent · quamvis precedentes
Et cum fuit [...] [...]
[...] dubito · procedunt
enim ex convenientia [...]
[...] rationis · que non sit
[...] convenientia [...]
[...] in aliquo respe-
ctu rationis / [...] [...] in [...]
omnibus · Sed [...] [...] [...] [...]
et eadem [...] [...] in [...] [...]
distincta · eodem modo [...]

~~426~~

Unus oppositum eius dimittit assumitur pro prima parte probatur
Nam aqua est eius permanens, verba illa sunt successi-
va, simul et manet in actuali existentia acta verbis
transeuntibus, igitur illi duo realiter, et essentialiter dis-
tinguuntur. Secundam partem assumpti probo, nam illa duo (quia sunt unius rationis)
simul sumpta faciunt unicum sacramentum baptis-
mi, quod formaliter nichil aliud est, nisi relatio signi
ad signatum, que relatio non est nisi respectus
rationis, conveniunt in una, et eadem relatione ratio-
nis, igitur in eadem identificantur. Antecedens probatur
per Augustinum, super Iob. omelia octava. Et post
prima. q. prima de consecratione Accedit verbum ad e-
lementum, et fit sacramentum. Confirmatur quia
omnia, quecumque diversa in re possunt convenire, et e-
converso in fundamento unius rationis relationis unius:
igitur illa quantumque diversa in re possent esse eadem
ratione. igitur identitas rationis, non infert identita-
tem realem. Antecedens probatur quia huius relati-
onis rationis unius, que et signat multum
boni ~~[illegible]~~ bene possunt esse fundamen-
tum totum istud, sed reverendus corpus solus, eadem vi-
te eorum orationes contexte, ut una oratio, ex multis
sillabis, que nichil unum per se faciunt, sunt fundamenta
unius rationis unio huius sed que est signandum deo non
esse aliqua, que sibi intensiore insunt, nunc tamen con-
stat, quod illud significatum sit unum, et idem sim-
plicissimum. Ex his omnibus patet quantum ista
opinio formalisancium continet multa falsa, et quod
omnia illa falsa sunt contra mentem doctoris subtilis
Scoti, Quanto isti sunt turpius decepti, ex eo
quod putant se sequi doctorem Scotum, sicut tamen
in istis et multis aliis, expresse contradicunt, ut
prolixius declarari, in diversis passibus doctrine
prefati doctoris subtilis, legendo suas questiones

senteniarum in magnis scolis huius conventus fra-
trum scilicet Minorum, potest vero aliter dici quod iste distin-
ctiones non ordinantur inter se per modum superioris
et inferioris, nec similiter habent necessariam habi-
tudinem ad invicem, per modum inferentis et illati. Quod
probatur primo. Quia sicut cum identitate rea-
li stat distinctio formalis, ita cum identitate for-
mali stat distinctio realis et essentialis. Primum patet
quia risibilitas et flebilitas, sive et humanitas
sunt idem realiter, et tamen distinguuntur formaliter, cum
sint diverse formalitates, quarum una non inclu-
dit aliam in primo modo dicendi per se. Secundum probatur
quia homo est idem formaliter anime intellective
et et corporis, cum includat ipsa in sua ratione
quidditativa, seu in primo modo dicendi per se, et tamen
distinguuntur realiter et essentialiter ab ipsis, sicut ma-
nifestum est. Probatur secundo quod distinctio
se tenens obiective non infert distinctionem realem
vel essentialem, nec econverso distinctio realis infert
distinctionem se tenentem obiective, ergo non ordinantur inter
se per modum superioris et inferioris, nec per
modum inferentis et illati. Prima pars antecedentis
probatur, quia unitas et bonitas, similiter risi-
bilitas et flebilitas distinguuntur se tenenter obiective
et tamen sunt idem realiter, ut est probatum contra
precedentem opinionem, et potest addi una propositio talis:
Quia quecumque sunt primo diversa, distinguuntur se tenenter
obiective, sed omnes differentie ultime sunt primo di-
verse, ergo distinguuntur se tenenter obiective. Maior patet
quia primo diversa nullo conceptu conveniunt, alio-
quin non essent primo diversa immo aliud dicta.
Minor probatur, quia si differentie ultime non essent diver-
se, includerent aliud quam dictum, de eis in
quo convenirent.

et per quas non sunt eedem, differrent aliis differentiis
a se invicem, et sic non essent ultime differentie. Sed ille
alie per quas differrent a se invicem, vel esset processus
in infinitum in ... et differentibus. Secunda pars ante-
cedentis probatur: quia homo et asinus distinguuntur
realiter et essentialiter, et tamen non distinguuntur secundum obie-
ctive, cum conveniunt in aliquo obiecto communi. Il-
la etiam pars conceditur ab omnibus formalisantibus. Ul-
terius pro dicto: Quia distinctio communis, que fit per acti-
vitatem intellectus seu identitatem, quam et superi-
us cum precedentibus predicte formalisantibus non sunt
necessario opponende, nisi due distinctiones pre-
cedentes omnem actum intellectus, scilicet distinctio forma-
lis et distinctio realis, quarum prima est minor distinctio
et manifesta, secunda est maior et manifesta. Et ad
istas distinctiones omnes alie habent reduci, nec
ipse distinguuntur formaliter contra istas. Pro declaratione pri-
me distinctionis advertendum, quod illa
opponitur identitati formali seu unitati, ideo vi-
dendum est quid sit identitas formalis. Possumus enim in-
(ut dicit Scotus in primo ... qui sunt ...)
venire multos gradus in identitate seu unitate. In pri-
mo gradu est unitas seu identitas aggregationis, et illa
est minima unitas. In secundo gradu est unitas ordinis
qui aliquid addit supra aggregationem, scilicet ordinem prin-
(ut albedinis in pariete)
cipiorum. In tertio est unitas per accidens, ubi ultra or-
dinem est informatio, licet accidentalis unius ab altero que
sic sunt unum. In quarto est per se unitas compo-
(composita ex forma) (forma) (materia)
siti ex principiis essentialibus per se actu et per se po-
(seu in divinis)
tentia. In quinto vero est unitas seu identitas sim-
(seu in divinis)
plicitatis que est vera identitas, quicquid enim est
ibi est realiter idem cuilibet, et non tantum est unum illi unitate
unionis, sicut in aliis modis. In sexto
adhuc ultra omnes est identitas formalis. Nota

Hoc potest negari, vel potest concedi, nisi reciperetur relatio extensive, sed quod in formali intelligatur simplicitas illa que est ... non est rei, et in realibus sequentes

Non video modum quo distinctio secundum totam subiectiva et obiectiva reducuntur ad istas, modus autem reducendi quem ipse inferius ponit, non videtur esse conveniens, ut videbimus et hoc intelligendo in precise. Nam distinctio secundum totam obiective, vel subiective neque est precise realis, neque formalis, licet quandoque stat cum hac vel illa :~

aut identitatem formalem: ubi illud quod sic est idem, includit illud, cui sic est idem, in ratione sua formali, et per se primo modo. Et per hoc patet quid sit distinctio formalis opposita tali identitati formali. Unde aut distinctio formalis, ubi illud quod dicitur sic distinctum, includit illud, a quo sic est distinctum, in ratione sua formali, et per se primo modo. Ex hoc patet dici, quod omne inferius, est idem formaliter suo superiori: et omne diffinitum, est idem formaliter cum sua diffinitione: patet et dici, quod omne totum essentiale, est idem formaliter, et quiditative, cum suis partibus, patet quia omnia ista includunt illa in sua ratione formali et per se primo. Secundo patet dici, quod omne superius distinguitur formaliter a suo inferiori. Et sic quod omnis diffinitio distinguitur formaliter et quiditative a suo diffinito, similiter quod omnes partes alicuius totius essentialis distinguuntur formaliter et quiditative a suo toto probatur, quia ista non includunt illa in sua ratione formali et per se primo modo. Ut dictum est in probatione precedentis opinionis. Tertio patet dici, quod distinctio formalis est in re, et ex natura rei, precedens omnem actum intellectus, quia ista distinctio est inter quiditates, et realitates quarum una, non includit aliam quiditatem. nam quiditas et realitas vere sunt in re ex natura rei, ut possunt dici secunde intentiones vel entia rationis: fabricata per actum comparativum seu negociativum intellectus. Quarto principaliter patet dici, quia distinctio ex natura rei, non est minor distinctione formali, immo est ipsamet, distinctio formalis. Et quecumque distinguuntur ex natura rei distinguuntur formaliter, et econtra. Et hec quarta

[Marginal and interlinear glosses: "formaliter" (above line 2); "quiditative" (above line 3); "formaliter", "ut hoc et ille" (above line 7); "primum corollarium" (above line 9); "Et hoc considerando phisice non autem methaphisice:" (left margin at "totum essentiale"); "secundum corollarium" (above "Secundo"); "3m corollarium" (above "Tertio"); "quartum corollarium" (above "Quarto")]

c prolixe probatum . contra opinionem precedentem arguendo
Sed contra istud arguitur, quia inferius distinguitur a
vt homo etc ab animali
suo superiori, et similiter diffinitum a sua diffini-
cione aliqua distinctione ex natura rei precedente omnem actum
intellectus, sed inferius non distinguitur a suo superio-
ri, ut et diffinitum a sua diffinicione distinctione
formali, cum plures illorum includit reliquum in primo
modo dicendi per se, ut est modo dictum est. Nec est
distinguitur realiter, ut patet. Nec alia aliqua distinc-
tione maiori quam sit distinctio formalis, ergo
distinguuntur aliqua distinctione maiori quam sit dis-
tinctio formalis precedente et actum intellectus.
Illa autem non videtur esse nisi distinctio ex natura rei
ideo ponenda est distinctio ex natura rei citra in-
tellectum minor distinctione formali. Respon-
deo quod distinctio formalis est duplex
i 2 Una est que est inter duas aliquas quiditates vel rea-
litates seu formalitates quarum una non cadit in
i. e. non includitur quiditative
racione quiditativa alterius, nec econtra. et isto modo
subiectum et propria passio, puta risibilitas et humani-
tas distinguuntur formaliter quia in quiditativa ra-
cione humanitatis non includitur risibilitas, nec
econtra. et isto modo non ~~distinguuntur~~ dicuntur distin-
gui formaliter diffinitum et diffinicio, superius
et inferius, quia sic alterum illorum cadit in ra-
cione quiditativa alterius, seu includitur quidi-
tative in alio, primo modo et non distinguitur formaliter
quiditas et suus modus intrinsecus, quia non dicunt
duas formalitates, sed tantum unam, cum modo eius in-
trinseco. Modus enim intrinsecus non addit formali-
tatem aliam ultra quiditatem cuius est modus ut
patuit in superiori variacione. Isto modo sic et superius
distingui a suo inferiori, licet non econtra, similiter dico

a diffinito, licet non extra. Similiter partes essentiales a
toto essentiali, licet non econtra. sicut patuit in dubio
2 immediate dicto. Alia est distinctio formalis, que est inter ali-
qua duo extrema, quorum ratio unius non est per se (quorum neutrum sunt per se unus)
nec adequate ratio alterius, seu adequatiua alte-
rius. Verbi gratia Ratio animalitatis, et ratio hu-
manitatis dicuntur distingui formaliter. Iste modus est
secundum viam doctoris subtilis. quia ratio humanitatis
non dicit adequate rationem animalitatis, quamuis
unum non predicatur de alio in abstracto loquen-
do de ultima abstractione, quia humanitas non
est animalitas. et hoc est quia una non per se
non est per se, et adequate altera. et hoc nisi
altera illarum esset infinita formaliter, vel ambe
ille rationes essent formaliter infinite essentia diui-
na et bonitas, licet enim distinguantur formaliter
et una non sit per se alia, predicantur tamen de se in-
uicem in abstracto loquendo et de ultima abstra-
ctione, sed hoc est propter infinitatem formalem utrarum-
que in ipsis. Isto etiam modo dicitur, quod omne inferius
distinguitur formaliter a suo superiori. Ratio enim infe-
rioris non est per se et adequate superioris, nec in-
ferius est cum suo superiori identitate et adequate
Ita quod inferius sit totum suum superius formaliter. Si-
militer diffinitum isto modo distinguitur formaliter a dif-
finitione quia non est per se et adequate idem
sue diffinitioni. non dicit aliam quiditatem a
diffinitione sua constitutiua ex partibus diffinitio-
nis. Et per hoc patet quod doctor subtilis diuersimode
loquitur de esse idem formaliter et distingui. Et
isti formalisantes. Et capiunt uno modo distinctionem
formalem, licet primo modo. et ideo non habent

Omnia in diuinis que conueniunt tribus personis, sunt infinita formaliter ut sapientia iustitia:

Transcendentia que communia deo et creature sunt infinita formaliter secundum primissime uel negatiue:

Abstractio ultima est illa qua abstrahitur nedum a suo supposito immediato, ut animalitas etc.

distinctio realis est duplex:

hic diffinitio formalisantium secunda, et eadem illa, quam ratio uerum est et non ecquam

mentez doctoris subtilis p istam est distinctoz
factam de diffinicion formali sp̄n notetur sol-
vuntur septem rationes gregorii de arimino qs
ipe adducit contra opinioz doctoris subtilis po-
nendo distinctioz formalez quas rones causa
brevitatis obmitto In nullo eni arguit contra
doctorem meum quia semper capit distinctoz
formalem uno mo et non alio mo. Et hec
sufficiunt de distinctione formali. Secun-
da aut distinctio que e Real:
et maior et manifesta ut disti-
ctio rerum ut rei et rei que aut sunt res et
res videantur in opinione precedenti quia satis
bene declaratur. Ista aut distinctio realis e
dupx. Una quedam suppositorum Alia e
naturarum. Prima est int personas divi-
nas que sunt tria supposita realr distincta
habent tn eandem naturam numero indivisibilez
et indivisibile. Distinctio aut naturarum
est int omes alias res quarum una non e
alia et ista vocatur distinctio essentialis
Quecumque eni habent aliam et aliam naturam
habent aliam et aliam essentiam cum natura
et essentia sint idem distinctio igitur rea-
lis naturarum est distinctio essentialis et p consequens
distinctio essentialis. Hec igitur distinctio esse-
ntialis non distinguitur contra distinctoz re-
alem. Sed est ipa distinctio realis licz non
sit suppositorum sz et naturarum Et quo ad
hec tn dicit precedens opinio quod in divinis
tn reperitur distinctio realis et non essentialis
quia invenitur distinctio suppositorum et non naturarum:

distinctio realis e duplex:

Aliter tamen dicit Canonicus et a-
liqui scotisantes quod distinctio essentialis est inter a-
liqua duo, quorum unum potest existere sine alio, et
hoc modo totum essentiale non distingueretur essen-
tialiter a suis partibus, licet bene distingueretur realiter
quia totum essentiale non potest esse sine suis
partibus. Sed tenendo istum modum, huius Cano-
nici dicentis quod paternitas non distingueretur
a filiatione nec extra. Nec quomodolibet relati-
vum a suo correlativo, quoniam neutrum illorum
potest esse sine alio. Et secundum istum modum non
omnes species essentiales distincte essent, quia species
de genere relationis non distinguerentur a se in-
vicem essentialiter, saltem ille que opponuntur rela-
tive, quia una non potest esse sine alia. Et te-
neo isto modo nulla creatura distingueretur a deo, patet quia
nulla creatura potest essentialiter esse sine deo, sed omnia
ista sunt absurda, quare respecto primam opinionem
probabiliorem, scilicet quod distinctio essentialis est dis-
tinctio realis naturarum, et quecumque distinguuntur dis-
tinctione reali naturarum, dicuntur et distingui dis-
tinctione essentiali, et extra quamvis aliqua distin-
guantur distinctione reali suppositorum, que non
distinguuntur essentialiter, et hoc solum in divi-
nis, ut dictum est, sic igitur patet quod distinc-
tio essentialis non distinguitur contra distinctionem re-
alem simpliciter, patet quia talis distinctio realis naturarum
non distinguitur contra distinctionem formalem

Ulterius dico quod distinctio se tota
obiective aut est distinctio formalis aut et ali-
quando est distinctio realis naturarum, seu supposi-
torum. Non illa dicuntur distingui se tota ob-
iective que non conveniunt in aliqua potentiali rea- realitate quidditative
: litate:

Qui vellet sustinere opini-
onem Iohannis Canoni-
ci posset negare ea que
hic inferuntur. Et diceret
quod intelligit ipse distinc-
tionem essentialem ali-
quorum, quorum unum non potest
esse sine alio propter
causam intrinsecam
hoc est propter intrinsecam
rationem essentialem, in eo
et in hoc omnes inconve-
nientia cessant, quia pro-
cedunt de impossibi-
litate separationis propter

69

contrahibili ad ipsas, per ipsas realitates contrahentes
ut deus et creatura, nunc enim deus sit simplex su-
plex .i. summe simplex, non est in eo ordo realita-
tum, quarum una contrahat aliam, de quo ma-
gis alias videbitur. Isto modo autem distinguntur de-
cem predicamenta, quia in nulla realitate contra-
hibili positiua ad ipsa, per alias realitates conveni-
unt, supposito quod ens non descendat in ipsa
(quod ens non sit genus sicut tenendum est ut dicitur tenet:)
per differentias formales sed solum per modos intrinsecos
qui non dicunt aliquas realitates. Ex quo patet
quod convenire in aliqua realitate subiectiua, non
est convenire in aliquo actu existendi, seu in
aliqua re, ut dicebat precedens opinio. Sed
est convenire in aliqua realitate positiua contrahi-
bili, per differentias formales, importantes diversas re-
alitates, sicut homo et leo conveniunt in anima-
litate, que est realitas contrahibilis, non ipsas
species, per realitates differenciales. Patet ul-
terius, quod distinctio se totis subiectiue, sit aliqua
distinctio realis, non tamen, sicut et exemplifica-
tum est de deo et creatura, et de decem pre-
dicamentis. Addit enim dumtaxat quod distincta
tali distinctione, non habent aliquam quiddita-
tem quasi contrahibilem ad ipsa per realitates. Ali-
quando stat hec distinctio se totis subiectiue cum
distinctione formali dumtaxat sicut sapientia et essen-
cia divina distinguuntur se totis subiectiue, nunc
in nulla realitate contrahibili conveniunt, quia
in deo nulla ponitur realitas contrahibilis
et contrahens, et ideo nulla est ibi realitas
subiectiua. Et tamen manifestum est quod essencia (omni contrahibili)
divina, et sapiencia divina, solum formaliter
distinguuntur. Ecce stat distinctio se totis [illegible]

Addit enim

Ex his verbis patet quod distinctio se totis subiectiue non convenientes reducitur ad formalem, aut realem suppositorum, ut naturam ex quo aliquid addit supra has, ut hic ipse fatetur, nec ista est necessaria, quia distinctio se totis subiectiua, stat cum distinctione formali ut reali, quod non est distincta ab illis, immo etiam simul stant quoque formale, non est [illegible] et finite dicitur de reductione aliarum distinctionum etc.

Non est vera conclusio accipiendo distinctionem subiectiuam, cum prima sumitur, vel quantum ad illud quod addit, super formalem et realem etc.

ietiue, cum distinctione reali suppositorum. Sicut pater
et filius, et spiritussanctus in divinis distinguuntur se
tota subiectiue, cum in nulla realitate quidditati-
ua conveniunt. Et tamen distinguuntur distinctione reali suppositorum.

Ex omnibus igitur his Euidens est
quod distinctio se tota subiectiue, non distinguitur
contra distinctionem realem, seu contra distinctionem for-
malem. Sed aliquando stat cum distinctione reali naturarum
aliquando cum distinctione reali suppositorum, aliquando cum
distinctione formali solum, et quid addat, seu connotet ad
illas distinctiones dictum est nunc. Dicitur formaliter
quod distinctio se tota obiectiue, aliquando est distinctio realis
naturarum, aliquando distinctio formalis solum, addit tamen seu con-
notat ultra illas distinctiones quod illa que sic distin-
guuntur in nullo conceptu quidditatiuo reali conveniunt. Ut
ultime due differentie, ducemus duodecim species distinguuntur
realiter et finite obiectiue, cum in nullo conceptu quid-
quidditatiuo conveniunt. Similiter unitas, et bonitas ut
probatum est contra precedentem opinionem. Et de multis
aliis, que distinguuntur se tota obiectiue, et tamen solum distin-
guuntur formaliter. Stat ergo distinctio se tota obiectiue, cum
distinctione formali et cum distinctione reali. Ex istis om-
nibus euidenter notum est, quod cum pluralitas non est ponenda sine
sine necessitate, et non apparet aliqua necessitas [illegible]
[illegible] distinctiones, que sunt precedentes [illegible]
nisi distinctionem formalem et distinctionem realem. Sequitur
quod non sunt necessarie ponende alie distinctiones con-
distincte ipse, et per se, et ab aliis istis duabus realis
ergo manifeste, quoniam alie continentur sub istis, et ad
eas reducuntur etc. ΤΕΛΟΣ .. finis.

Negandum est quod non sit necessitas, quod accipiens de illas distinctiones: cum professione, reducto cum ad formalem et realem non est, quamvis ut dictum est etc.

Peritissimi uiri Magistri Stephani Brulifer distinc:
tiones iuxta doctrinam doctoris sub:
tilis finiunt felicissime Anno
Mccccc v Per Petrum
de obornyky

Vt nos homines sim superiore porcionem:

Triplices sunt forme, quedam sunt forme naturales penitus nulla operacionem habentes nisi illam ad quam natura inclinat, ut forma naturalis lapidis nullam operacionem habet, nisi quod movetur deorsum. Alie sunt forme medium tenentes supra naturam, et tales sunt simplices, quia quamvis sunt forme [illegible] nullam operacionem preter naturam habent, sed operantur per qualitates corporeas, et iste forme oriuntur a virtute seminaria. Alie sunt forme [illegible] habentes [illegible] supra naturam, et [illegible], ut sunt forme sensibiles. Nec habent cognicionem [illegible] et [illegible], et tales nullam habent operacionem preter corpus. Tercie sunt forme penitus separate a materia, ut anima rationalis, et illa [illegible] in plures superiores puta intellectum, et [illegible] puta [illegible] etc.

[illegible] etc. / Ea plene etc.

Et certe quia

Alia Ro:

Tractatus de mã coeli:

in quo declaratur · quid plato · Aristoteles · Commentator · dñs Egidius de Roma · quidue · b · senserit Thomas de celi compositione / Et que opinio sit probabilior ostenditur

Incipit prologus in tractatum de materia celi:

OMnium nã in nos venientium donorũ dei · hoc maximũ existimo / ut nos homines sñm superiore partionem naturalit' sup mãlia eleuati / et ipsa suprema diuinaq3 entia contemplari hic in terra circum errantes possimus · Et certe quanto illa diuina entia a nob plus elongata sunt / tanto vehementius animus m̃ · ad illa sciendum speculandumq3 inardescit · Quamuis aut totius humani desiderij / nisus in ea entia contemplanda tendat ob ipoz tamen nimia sup materiam eleuatoz / nequaq3 ap̃ris nr̃is viribus / ea plene cognoscere possumus. Taceo de separatis spũs / cum neq3 de mobilibus que motu circumgerant sempiterno · Nobis sine formidine contrarie ptis sciencia certa sit · Nra enim sciã ex sensu ortum h3t · Nã deficiente sensu aliquo / necesse est deficere sciam / que sñm illum sensum habet' · Tamo posteriorum / Cum ergo corpora celestia · nisi sensibus non nisi cum stellam (que teste auerroi spissior ps est sui orbis) subiaceat / ut dño Alberto celi sido placet / Reliquum vero orbis nõ comphensum sit / nisi p rationem / Ideoq3 varias inter nos hic pertractamus de orbium sba opiniones / arbitrantes nos hre sciencia / in loco hec qua habemus / cognicio de eis a sciencie certitudine deficiat · Nullius in dicam / cum illustrissimi viri demonstrare se credentes / vix opinionem generarint · Auerrois naq3 ipse Aristotelis Commentator in libello suo / quem de sba orbis subtili conexuit ingenio / corpus celeste ex mã formaq3 minime componi se probasse gaudet / cum tñ nr̃i potissimi doctores dñs Egidius de Roma / Thomas quoq3

bt9

id neque opinioni probabilissime fore assentiret. Quia ergo ita est (optimi studentes) et mihi et vobis prodesse cupiens ad communem utilitatem de ea materia conferre quendam tractatulum cogitavi, quo et Commentatoris opinio, domini Egidii, beati quoque Thome summariter breviterque pertractabitur, ut unusquisque bonam eligat cum dicat. Tu sola mihi places. Fateor tamen me diffusius illam quam teneo pertractaturum opinionemque consimiliter ad aliarum opinionum rationes, quod et cuilibet licitum sit. Dividam autem tractatum ipsum in sex capitula. In quorum primo narrabo opinionem Platonis cum eiusdem improbatione. In secundo Commentatoris opinio narratur, que inter ceteras communior est, et quid Aristoteles senserit comprobatur. In Tertio opiniones Thome et Egidii ponam, et quomodo inter se differunt ostendam. In 4to conclusionem quam teneo veram rationibus et auctoritatibus confirmabo. In Quinto rationes Commentatoris solvam atque aliorum, que contra conclusionem positam militant. In Sexto et ultimo quedam dubia in medium deducam, quibus ita definitis, veniam de obmissis precabor. Nolo enim hoc brevi tractatulo omnia que de hac materia ventilantur narrasse, sed solum loco minorum studiosis studentibus aliquod satis difficile, ne eius ignorantia aliquando ab extraneis caperetur, conclusisse.

dividit tractatum in capitula

Capitulum primum in quo opinio Platonis atque antiquorum Aristotele precedentium ponitur atque improbatur.

Quoniam autem tunc aliquis recte iudicat in aliqua materia, que per contradictionem est vera, cum colores utriusque partis cognoscit, Ideo si perfecte scire volumus, An celum compositum

fit ex materia et forma vel non, necesse est ut prius aliorum
recitemus opiniones, et maxime illorum, qui plus
probabilitatis in rationibus suis habere videntur. ¶ De
materia autem celi aliter senserunt antiqui ante Aristotelem
(ut refert beatus Thomas in parte prima q. 66.
ar. 2.) quod omnia corpora tam superiora quam in-
feriora essent de materia elementari, et quia eleme-
nta conveniunt in una materia et sunt adinvicem trans-
mutabilia, ut philosophus ostendit in primo de generatione et
in secundo, ideo secundum hunc modum omnia corpora ha-
bebant eandem materiam, et erant quantum est ex natura
sui adinvicem transmutabilia, si autem corpora
celestia erant incorruptibilia, hoc plato ascribe-
bat, non conditioni materie, sed voluntati artificis.
Unde dicebat in Thimeo. O dii deorum quorum
opifex paterque ego natura quidem vestra muta-
biles, voluntate autem mea sic permanebitis, quia
voluntas mea maior est nexu vestro. Sed contra
hanc opinionem platonis et aliorum probat philosophus in
primo celi, quod necesse est preter quatuor elementa
ponere quintum corpus simplex ex natura sui incorrup-
tibile. ¶ Et est ratio eius talis: Motus circu-
laris est simplex, sed omnis motus simplex est per se
primo alicuius corporis simplicis, ergo motus circu-
laris est per se primo alicuius corporis simplicis. Sed
non est per se quatuor elementorum, quia quodlibet illorum
movetur motu recto, sed unius corporis simplicis est
tantum unus motus simplex secundum naturam propriam,
hoc est alicuius alterius corporis simplicis a 4
elementis, et sic est aliquod corpus simplex cir-
culariter motum preter quatuor elementa. Quod autem
illud corpus sit incorruptibile ex natura sui probat philosophus
ibidem tali ratione: Omne quicquid corrumpitur
habet contrarium. Sed celo nihil est contrarium. Quia contra-
riorum corporum sunt contrarii motus, sed motus celi.

Aliter vero modernioris: volunt enim plato et omnes philosophi antiqui

Narrat opiniones platonis:

Ideo secundum contrariae opiniones videntur esse demonstrationes vere opinionis

plato recitat quomodo deus loquebatur [illegible]

Sed contra Reprobat philosophus opinionem platonis

Unde dicebat Commentator de platone in libello de substantia orbis dicit [illegible]

Quod autem [illegible] probat celum esse ingenerabile et incorruptibile

[illegible]

cum sit circularis) nichil e contrarium, ergo celum ex natura sui est incorruptibile. Relinquitur ergo platonis opinio falsa.

Capitulum secundum In quo narratur opinio Commentatoris cum suis combinis motiuis.

Arestoteles conditor opinionis peripathetice fuit.

Post platonis vero philozophiam peripatheticorum prevaluit opinio, cuius conditor Arestoteles philozophorum princeps fuit; eius quoque fidelissimus declarator Auerroys, qui de hac materia sparsim in suis scripsit comentarijs, laciusque in libello quem de substancia orbis fecit ea prestanit, negans materiam (que secundum se potencia nominat ad esse) in celo. Sed cuius opinionis ipse Aristoteles fuit, nunc diffinire nolo. Quidam enim ex verbis Aristotelis eliciunt circa hanc materiam, adducentes auctoritatem in octavo methaphisice, ubi dicit philosophus: Quod in naturalibus quidem substanciis sempiternis autem alia ratio, forsan enim quedam non habent materiam, aut non talem, sed forsan solum loco mobilem. In quibus verbis philosophus clare videtur concedere materiam in celo, licet illa sit alterius racionis a materia inferiorum. Sed salvo semper meliori iudicio, Dico ad presens, quod secundum Aristotelem et Commentatorem suum, non potest in celo sustineri materia prius dicta, que sit in potencia ad esse. Quod primo probo, et auctoritate iam immediate allegata, in qua philosophus expresse negat materiam que est in potencia ad esse, sed solum dat sibi potenciam ad ubi. Unde dicit Commentator ibidem Quod omnia corpora celestia non habent materiam. Materia enim in rei veritate cuius esse est in potencia non invenitur nisi in substanciis generabilibus et corruptibilibus. Substancie vero eterne, quia in eis non est

Rō quia vbicumqz est mā ibi est potēā ad esse et ad nō esse
… sēpiterni nō ē potēā ad esse et ad nō esse go nō
… corpora celestia mām

potentia ad corruptione, non est in eis ma. Sz mate-
ria eorum, est aliquid agens in actu . s. corpus:
et ideo digni[us] hz hoc nomē sbiectū, quā hoc no-
men materia. ¶ Et subdit in eodem commento. 12.
allegans autoritatē Temistij q Sol et luna et stelle
Aut sunt forme sine materijs, aut habent materias
p equiuocatioz, sicut est dispositio in mā intellectꝰ
Et paulo infra dicit phꝰ in textu in hec vba. Nec
omnis ꝫ cuiuslibz mā est. sz quorum est gnatio.
et trāsmutatio adinuicem. Queūqz aut sine trāſ-
mutatione aut nō est horum mā. ¶ Preterea in
nono Metha: dicit. q nulla potentia ad esse ē
sempiterna. Cuius causam sbiungit. quia oīs pote-
tia ad esse est contradictiois: et ideo illd q hz
potentiam ad esse, hz et potēam ad non esse. Et
ꝯsequent tale non pt esse sempiternū: quare celum si
est compositum ex mā et forma, non erit se-
piternū ¶ Preterea in eodē methaphisice nono
dicit phꝰ: q ideo celum sp mouet, qr motꝰ eiꝰ
non est sup potentiam ꝯtradictionis, id ē sup ma-
teriam que est potentia ad esse et nō esse. Ex qbꝰ
clare pt q sedm phm in celo: non est ponēda mā
Et hoc expressius habetur ab Auerroi Comē-
tatore suo, qui in libello de sba orbis pbat in
celo mām non esse. Et est rō eius vna hec.
Vbicumqz solum repitur transmutatio sm dispoſi-
tiones accidentales: ita q nullo est ibi transmuta-
tio sm dispositiones sbales. ita repitur ibi rō
corporis: qd nullo mō ibi erit materia, nec ha-
bens mām. Sz in celo sic est, q ipm nullo sm
sbam transmutat. sz solum sedm dispositiones
accidentales, vt sm vbi. go in sup celestibꝰ ita
reperitur rō corporis: q nullo mō ibi erit materia

Margin notes (left): Et sbdit — Commentator … Non est tamen … Auctor …
Margin notes (right): Nulla forma … liberata a potēā … Rō quia illd … 73

Habens materiam, ideo est corpus simplex. Item. Cuiuscumque forme non habent contrarium, necesse est illas esse nec generabiles nec corruptibiles nec habentes subiectum commune, sed forma celi non habet contrarium, quod indicat motus eius, ideo. Preterea motus debet correspondere mobili, et quia motus celi est simplex, sequitur quod ipsa corpora celestia sunt simplicia et neque gravia neque levia. Et quia corpus habens materiam est corpus compositum, ex ipso quod celum est corpus simplex, sequitur quod non habet materiam. Ex quibus liquet secundum opinionem philosophi et commentatoris in celo materiam non esse, que dicit potentiam ad esse, sed est simplex corpus actu existens, subiectum sui motoris, et non habet esse formale a motore, ut ab alia forma, sed solum est in eo potentia ad ubi. Sed diceret aliquis: Commentator in principio libelli sui de substantia orbis dicit quod corpus celeste componitur ex duabus naturis, sicut corpora generabilia et corruptibilia. Due autem nature ex quibus composita sunt generabilia sunt materia et forma. Ideo. Respondeo quod celum capitur dupliciter. Uno modo pro aggregato ex motore et mobili, et sic celum necesse est esse ex duabus naturis compositum, scilicet movente et moto. Cuius ratio est quia omne quod movetur ex se componitur ex duabus naturis, scilicet agente motum et recipiente motum, sed celum movetur ex se, ut dicit philosophus in octavo physicorum, ideo. Alio modo capitur celum pro ipso moto tantum, sive pro ipsa quinta essentia, semota motore, et sic non est compositum ex materia et forma. Et de celo illo modo accepto loquor in hoc tractatulo.

Sed diceres.

Capitulum Tercium in quo ponitur opinio B. Thome et domini Egidii de Roma qui concorditer

Probant in celo esse materia: et quomodo inter se differunt ostendit

Post philozophorum positionem accipiendum est quid in senserunt doctores / dominus Egidius de Roma / et beatus Thomas de aquino. qui et si ambo in celo materiam ponant. inter se tamen diversi sunt. ut patebit ¶ Quod autem in celo sit materia. probat dominus Egidius de Roma in suo Examerom / et in secundo scripto. di. 12 q. 3. ar. 3 tali ratione / Videmus enim in celo esse quantitatem et alias quantitates sensibiles / Et quia omne accidens fundatur in aliqua substantia. oportet et illa in aliqua fundari substantia ¶ Queritur igitur de illa substantia utrum sit simplex vel composita. Simplex esse non potest / quia si esset simplex vel esset materia vel forma / cum non sit dare nisi tres substantias: materiam formam et compositum / Cum ergo substantia celi dicatur esse substantia simplex / non erit substantia composita / Erit ergo vel materia vel forma / Sed non materia / cum materia sine forma esse non potest. Erit itaque forma sine materia. Sed forme immateriales non sunt susceptive accidentium sensibilium / nec possunt esse subiectum eorum: illa ergo accidentia que videmus in celo erunt sine subiecto. quod est impossibile / ¶ Preterea probat hoc idem B. Tho. par. 1. q. 66. ar. 2. quia ut dicit impossibile est ponere aliquod ens actu / quin vel ipsum totum sit actus et forma / vel habeat actum vel formam / Remota ergo per intellectum substantia superiora que ponitur motor. si corpus celeste non est habens formam / quod est compositum ex forma et subiecto forme. Sequitur quod si totum forma et actus. Omne autem tale est intellectum in actu / quod de corpore celesti dici non potest / cum sit sensibile ergo etc. ¶ Preterea potest hoc idem probari sic. Omne quantum est habens materiam. quia quantitas a toto genere consequitur materiam: sed

sen est quantum ergo. ¶ Preterea ex quod ipse mo-
vetur habet materiam partem sui / quia ut de scito
methaphisice / Nam in omni eo quod movetur intelli-
gere necesse est / Sed celum vere movetur ergo ¶ Sed
diceret aliquis / Sed in aliquo reperitur transmutacio
ita in eo reperitur materia: quia transmutacio facit nos
scire materiam / ut dicit Commentator . 8 . methaphisice / sed
in celo non reperitur transmutacio nisi ad ubi / ergo
eius materia erit quid in actu / et sic corpus simplex ¶ Pre-
terea S. in celo necessario est materia / ut est racione
sue corporeitatis / ut racione quantitatis / vel racione mo-
tus localis / ¶ Non racione primi / quia forma dat es-
se corporeum non materia ¶ Nec racione secundi / quia
licet quantitas indeterminata / insit racione materie / quan-
titas in determinata inest racione forme ¶ Nec racione
tercii / quia motus localis non est racione materie / sed
racione corporeitatis. ¶ Ad primum dicendum // quod
dicit dominus Egidius in scripto sentenciarum di: 13 . q . 3
ar . 3 / quod cum dicitur quod transmutacio facit scire materiam:
hoc potest esse duplex ¶ Vel quia transmutacio illa est / ad
talem composicionem: que facit quod materia coniugatur forme: et
facit composicionem cum forma ¶ Vel quia tal transmu-
tacio non facit talem composicionem nec transmutat
ad formam / sed presupponit talem composicionem / et pre-
supponit composicionem materie cum forma ¶ Ad
secundum dicit Thomas de argen: in scripto scito
di. 13 . ar . 3 . quod in celo est materia propter omnia illa me-
bra inquisicionis ¶ Et ad primam racionem dicit . quod eo
ipso quod forma celi dat esse corporeum / oportet te
ponere materiam que recipiat tale esse corporeum / quia
alias ut dicit ipsa esse et esset causa suiipsius ut
quantitati / seu ceteris suis accidentibus / et hoc est
impossibile / quia faceret unum cum accidentibus suis

esse substanciale ¶ Ad secundam probacionem dicit quod dato quod quantitas determinata insit racione forme non inest ipsi forme sed inest materie racione forme ¶ Ad terciam probacionem dicit Et dato quod motus localis insit racione corporeitatis quia tamen corporeitas de proprietate sui non potest esse sine materia ideo nec talis motus proprie loquendo de motu locali quod dicitur competit motum sui separate Sed licet beatus thomas et dominus egidius in hoc conveniant quod in celo sit materia est tamen diversitas inter eos Quia dominus Egidius dicit eam esse eiusdem racionis cum materia horum inferiorum Thomas vero econverso dicit eam esse alterius racionis Quod probat per primam questionem et articulum supra allegatis tali racione Illorum non est una materia que sic se habent quod materia unius non in potencia ad omnes formas ad quas est potencia materia alterius Quia cum materie secundum se conveniat esse in potencia ergo unitas et diversitas materie considaranda est secundum unitatem et diversitatem potencie Sed materia celi non est in potencia ad illas formas ad quas est in potencia materia inferiorum ergo non est una materia celestium et inferiorum Et confirmatur eius opinio quia nunquam dicitur genere naturali differunt materia et habent materiam alterius racionis Sed corruptibile et incorruptibile differunt genere naturali ut decimo methaphisice textu ¶ Preterea dicit philosophus decimo metha: quod corruptibilium et incorruptibilium non est eadem materia Et ad hoc adduci possent Auctoritates philosophi superius in capitulo secundo allegate licet illud minime velint.

Sed licet: Prosequitur opinionem beati Thome

Capitulum quartum in quo opinio domini Egidii de Roma declaratur: atque auctoritatibus racionibusque confirmatur.

Adductis opinionibus philosophorum ac beati thome De aquino declarare restat opinionem domini Egidii:

~~146~~

qua ego probabiliore teneo. Ad cuius euidencia sci-
endum quod dominus Egidius in suo Exameron et
in 2do scripto sententiarum d. 12. q. 3. ar. 3. Quod
materia tripliciter pt dici vna. Primo modo per vnam
et eandem racionem suscipiendi formam. Alio modo
per transmutacionem ad formam. Vt aliqua duo dica-
tur habere eandem materiam, quia materia vnius pot trans-
mutari ad formam alterius. Tercio modo per carenciam
omnis actus et omnimodam indifferenciam. Secundum hoc
ponitur dico tria. Primum loquendo de materia infe-
riorum et superiorum quantum ad modum suscipiendi
formam non est vna materia superiorum et inferiorum.
Cuius racio est, Quia per alia racione recipitur forma
in celestibus quam in illis inferioribus, quia materia celi
recipit formam sine priuacione annexa, cum forma
celi non habeat contrarium, priuacio autem non sequitur
nisi formam habentem contrarium. Sed materia illorum in-
feriorum recipit formam cum priuacione annexa, quia
forma quam recipit habet contrarium. Ergo Secundum.
Loquendo de materia inferiorum et superiorum per transmu-
tacionem ad formam sic dico. Quod iterum non est vna
materia superiorum et inferiorum. Cuius racio est, quia quecun-
que non sunt adinuicem transmutabilia, ista non
non habent eandem materiam, sicut dicit phylosophus in libro
de generacione, quod omnium transmutabilium adinuicem est eadem
materia. Sed corpora celestia et illa inferiora non sunt
adinuicem transmutabilia, quia tunc celum naturaliter esset
corruptibile, cuius oppositum phylosophus demonstrat in primo
celi. Ergo Tercium. loquendo de materia inferiorum et su-
periorum per carenciam omnis actus et per omnimodam indiffe-
renciam sic dico, Quod omnium materialium tam superiorum
quam inferiorum est vna materia, et quod materia celi est eius-
dem racionis cum materia illorum inferiorum. Quod probo primo

Auctoritate auicenne primo libro sufficientie sue ca.
iiij ubi ait hyle commune est omnibus et naturale
generali et illi que sunt de numero corporum. Secundo au-
ctoritate domini Egidij de Roma in multis locis in scripto
secundi. di. 3. q. 3. ar. 3. et in examezon de operibus
sex dierum et in tractatu quem specialiter fecit de
materia celi. Ubi dicit quod nullus antiquorum doctorum:
nec philosophorum nec sanctorum de his qui pervenerunt
ad animum suum ex que vidit fuerunt huius positionis
quod in celo esset materia vera et quod corpus celi cir-
cumscripta intelligentia est compositum ex duabus
substantiis ex materia scilicet et forma et tu materia illa
est differens per essentiam ab ista, sicut aliqui et
magni moderni doctores posuerunt. Antiqui enim do-
ctores ut negaverunt in celo esse materiam ut posuit
Commentator vel si posuerunt ibi materiam dixerunt
eam esse eandem cum materia istorum inferiorum. Pro-
batur hec idem omnibus quam prima est ratio. Nam materia
secundum se est potentia pura sed actus est qui distinguit 7o
metha: Tolle ergo actum tollit omnes distinctiones. Et quia
materia celi est potentia pura et materia istorum inferiorum
est potentia pura si absolveretur per intellectum ab omni
forma materia hic et ibi non haberent per quod differrent.
2a. quia in potentia pura non potest esse distinctio. Et quia vni-
tas materie est accipienda per indifferentiam ut Comen-
tator in 12 metha. tradit eo ipso quod materia talis
absoluta ab omni forma non habet per quod differat a
materia istorum inferiorum sicut absoluta ergo quod sit una
materia et eadem per essentiam et eiusdem rationis hic et ibi

Preterea In tota rerum universitate non est da-
re duas res diversarum rationum que omnino equaliter di-
stent a primo principio. Sed materie superiorum et in-
feriorum secundum se accepte per necessitatem equaliter distant
A deo seu a primo principio quia in quelibet

earum secundum se accepta sit pura potentia, quelibet distabit a puro actu qui est deus tanta distantia, qua maior nec est, nec esse potest nisi entia positiva, igitur non possunt esse diversarum rerum secundum se essentialiter differentes. ¶ Sed diceret quis, Sicut species eiusdem generis differunt suis differentiis: differentie autem non differunt aliis differentiis: sed seipsis, Sic res composite differunt per sua principia scilicet per materiam et formam, principia in differunt seipsis, et ideo sicut forma celi, et forma rerum inferiorum differunt seipsis, sic materia celi et materia inferiorum differunt seipsis: ¶ Respondetur quod non sequitur, quia quamvis principia formalia possunt secundum se differre et inter se et a principiis potentialibus, tamen principia pure potentionalia secundum se considerata: nullo modo admittere differre possunt, Patet ergo quod secundum opinionem domini Egidii de roma necesse habemus ponere in celo materiam eiusdem rationis cum materia illorum inferiorum. Loquendo de materia per quemdam modum indifferentia formarum: Sed si loquimur de materia quantum ad modum recipiendi formas: sive quantum ad transmutationem ad formas, quia tunc est alterius rationis hic et ibi. etc.

sed diceret.

Patet ergo

¶ Capitulum quintum in quo ostenditur que dictarum opinionum sit probabilior: et secundum hanc solvuntur rationes aliorum:

Postquam superioribus ostendi capitulis quid secundum quos doctores de hac tenendum sit materia. Neque enim plures respondendi circa hanc materiam inveni modos Ideo consequenter, quia unam utramque partem vera arbitrari non potest, Ad unum illorum me determinabo. et aliorum rationes probabiliter enervabo, Et quia modus dicendi domini Egidii de Roma mihi probabilior videtur, efficaciores habet rationes. quibus in veritate respondere non possum.

Ideo dico ad presens cum eo: quod in celo necesse est esse materiam. contra Commentatorem. et eiusdem rationes in materia illorum inferiorum. Contra B. Thomam. Nec etiam iam intendo pro ista opinione plures adducere rationes. ne nimium prolixus: tedio afficiam audientes. Si tu hanc materiam ad satietatem aliqui videre voluerint. legant tractatum domini Egidii. quem de materia celi fecit. ¶ Ad auctoritates igitur Aristotelis et Commentatoris dico salua pace negando eas. quia ut patuit in capitulo tercio secundum dominum Egidium de Roma. et beatum Thomam. necesse est nos ponere in celo materiam. que secundum se considerata nominat potentiam ad esse. ¶ Et si dicitur mihi ex nono methaphysice. Quod materia est qua res potest esse et non esse. si igitur celum est compositum ex materia et forma. aliquando per materiam corrumpetur. ¶ Preterea ex eadem nono: quod tunc aliquando celum stabit. quia erit sub potentia contradictionis. ¶ Rudetur. quod neutrum horum necessario sequitur. nec enim celum corrumpetur. nec aliquando cessabit a motu naturali saltem. quia ibi est materia sine privatione. Sed materia que stat sub privatione. est causa corruptionis. et aliorum defectuum: secundum quod ait Commentator in primo phisicorum in hec verba. quod ens in potentia est aliquid cui accidit privatio: non in sui substantia. ¶ Privatio autem secundum quod est privatio est non ens per se. Et ex hoc apparet quod omne habens materiam est generabile et corruptibile. Nam in natura materie est privatio forme. Et si in sui natura esset formata non reciperet formas nisi eius contraria venientes. et ente queadmodum si in sui natura esset privatio simpliciter: tunc omnino nihil generaretur ex ea. Est igitur quasi composita ex esse et non esse. Et ex hoc declarabitur quod corpora celestia non habent materiam omnino. quia non essent generabilia et corruptibilia. propter mixtionem privationis in materia eorum. Nihil enim est aliud causa generationis et corruptionis. quam forma materia potest non esse quod mixtum est in substantia eius. hec ille. In quibus Commentator verbis. primo volt quod

Soluit rationes commentatoris et primo auctoritates philosophi

Commentator de substantia orbis

si in celo esset materia, esset ei coniuncta privatio ¶ Sed respondeo quod verum esset si illa materia reciperet formam habentem contrarium. Secundo volt quod materia potest non esse, id est potest privationem et causa generationis et corruptionis ¶ Sed diceres tamen secundum philosophum in primo phisicorum: ipsa materia nata est appetere et desiderare ipsam formam secundum ipsius naturam ¶ Respondeo secundum quod Joannes de Janduno dicit in primo phisicorum, verum est principaliter, sed dispositive ipsa privatio est causa eius appetitus ad formam et per consequens generationis et corruptionis. Unde dicit Commentator ibidem quod materia secundum quod accidit ei privatio est innata appetere se assimilari primo principio secundum quod potest, et hoc est appetere receptionem forme.

¶ Ad primam rationem Commentatoris dico quod licet celum non transmutetur nisi secundum dispositiones accidentales, huiusmodi tamen transmutatio necessario presupponit compositum ex materia et forma ut supra patuit per dictum eiusdem. ¶ Ad secundam dico quod licet celum non habeat materiam quietam privatione, cuiusmodi requirunt generabilia et corruptibilia, sive forme habentes contrarium, est tamen ibi materia sine privatione ¶ Ad tertiam dico quod celum debet esse simplex sic et motus eius non quod non sit compositum ex materia et forma, sed quia non habet admixtas qualitates activas ratione quarum diceretur grave aut leve. Verumtamen quia auctores magni potius veniunt salvandi quam condempnandi ¶ Dico quod et opinio Aristotelis et eius Commentatoris in lumine naturali sustineri possunt, secundum distinctionem de triplici materie acceptione supra posita ¶ Ad rationes vero beati Thome respondendo ¶ Ad primam respondet Thomas de aquino in scripto secundi di. 12. ar. 4. quod ex hoc quod materia unius non est in potentia ad omnes formas ad quas est materia alterius non arguitur diversitas essentialis materiarum, licet tamen arguatur diversus modus earum, puta quod una percipit sua forma non commixta privatione forme opposite. Alia vero sine privatione eo quod sua forma nulli alteri contrariatur. ¶ Preterea si ista ratio esset sufficiens, tunc materia unius celi esset alterius rationis a materia alterius celi, cum materia unius celi non sit

Solvit Auctor

Tangit obiectionem contra ...

Ad primam solvit rationes Commentatoris factas in isto capitulo

Solvit rationes beati Thome

in pesa ad formam alterius rei. ¶ Ad tertiam dicendum quod non oportet ea que dicuntur genere naturali (physico) differre in materia, sic quod earum materie secundum suas essentias sint diversarum racionum, sed sufficit quod habeant diversum modum recipiendi formam. ¶ Ad quartam dicendum quod sicut iam dictum est. Patet ergo quod habeat respondere ad rationes Commentatoris et beati Thome volentes tenere opinionem domini Egidii de Roma. Qui vero vellet posteriorem partem tenere, videat ad rationes Egidii et Thome. Sed qui opinionem beati Thome approbat, solvat rationes quas pro se adducit dominus Egidius. Ego vero solvere non curavi, ut sapere suam non possum. Posita enim in celo materia et considerata ipsa secundum se, semota ab omni forma non habemus per quod una differat ab alia, que reducitur per hic et ibi sit una. etc.

Patet ergo quod: Concludit auctor ex dictis patere opinionem Egidii, Thome et Averrois

¶ Capitulum sextum et ultimum quo tolluntur aliquae difficultates que ex premissis oriri possunt.

Ad completiorem de hac materia tradicionem, necessario aliquas habeo de medio tollere difficultates: que ex dictis originem sumere possunt. Dictum est enim re- cum hec materia quod in .p. negat, ne cogeretur dicere celum esse corruptibile, et cessaret aliquando per naturam a suo motu. Dictum est insuper materiam esse unam, quod in celo videtur esse inconveniens, cum esse unum a forma sit, ut ergo hec tollantur: monebo tria dubia. ¶ Primum cum celum sit compositum ex materia et forma an ne aliquando per naturam corrumpetur sicut ista inferiora que composita sunt ex materia et forma. ¶ Secundum cum motus celi fiat super materiam, an ne cessabit aliquando per naturam a motu suo ut timuit Aristoteles. ¶ Tertium cum esse unum a forma sit, quomodo materia dicitur una cum secundum se considerata nullum includat actum. Ad primum dubium dicitur secundum dominum Egidium in scripto sententiarum q. 3. ar. 3. dubio 2. quod causa quare aliquid est corruptibile originaliter non est ipsa materia que est inquantum accepta, sed materia recipiens formam habentem contrarium, et sic annexa est privacio. Ad cuius evidenciam sciendum quod privacio non est annexa nisi forme contrarie, ideo non sunt generaciones nisi ex contrariis et in contraria, forme ergo illorum inferiorum que sunt forme habentes contrarium, materia earum in subiecta generacioni

et corruptioni. Quia existens sub uno gradu habet proportionem alte-
rius gradus ex qua proportione materia videns se incipe et defectuosa
appetit esse sub alio gradu. Et quia non pt duo gradus perfecte
habere simul, appetitus non pt esse satiatus. Insatiata vero fe
ad malefinem materiae, quod totum ex proportione contingit ut
hic pt ex po philosophorum. Sed forma celi in sit forma non habens g-
radum, materia celi sortita tali forme: non habebit proportionem an-
nexa, et non videbit se ex hoc incipe, ut materiae ad malefinem
i. corruptionem sue forme. Et propter celum incorruptibile perseverat:
quia ut patuit habet materiam non annexa proportioni ¶ Ad 2m du-
bium respondet secundum dominum Egidium in quodlibeto suo. q.
13. quod cum motus celi sit a virtute non organica, virtus
autem non organica non fatigetur in movendo: absque fatigatione
et pena poterit esse tal motus. et per consequens per naturam, non oportet
desinere ipsum motum. ¶ Unde dicit philosophus secundo de celo
et mundo quod motus celi est sine labore. Si enim motor
celi in movendo fatigaretur, vel hoc esset ratione mobilis vel ra-
tione motoris Non primum quia celum naturaliter inclinatur ad ta-
lem motum qui est circa medium et cum non est contrarium
quare perpetuus esse pt. Nec secundum, quia est virtus non or-
ganica cui nulla pt accidere pena. S. d. Tamen secundum phi-
losophum in secundo de celo et mundo. Si adderetur una stella
ipsi orbi motor eius moveret cum labore et pena, quare mo-
tori celesti pt accidere labor et fatigatio in movendo Res- Egidius.
pondet dominus Egidius ubi supra quod ibi labor et pena non
sunt accipienda absolute, sed pro quadam in proportione ut sit
sensus. Si stella aliqua adderetur orbi esset ibi labor et
pena, i. improportio moventis ad mobile ¶ Ad tertium
dubium videtur secundum Commentatorem duodecimo methaphi- Averrois.
sice quod aliquid esse unum nisi potest intelligi dupliciter Uno modo
positive et est illud quod habet unam formam individualem
que est eius actu et indivisum in se. Sicut Cornelius et
quodlibet aliud individuum. Alio modo privative scilicet per pri-
vationem cuius formam individualium a quibus est multitudo
individuorum. Modo materia prima non est una primo modo:

quia in se nõ habet aliquam forma, sed scdo
modo, quia si sm se consideratur, et & ipnarem
omm formarum, est vna in omnibus, tam supi
oribus q̃ȝ inferioribus, Et tm de tercio

¶ Hec sunt lectores optimi, que loco muneris
vobis offere volui, vt ita ingenium meũ (qd
et tardum et obtusum ẽ) paulisper exercitare,
emendacioni tn̄ cuiuscumqȝ grauis et boni vi=
ri, nõ odio et vana detractioñ impediti, equo
animo in hoc opusculo in vnũ collecta subyi=
cio Et si quid minus bn̄ positum fuerit ve=
niam posco. Si vero vtile editum pro
studio reperietis, honorem deo dicatis, qui nunc
et phennit(er) benedictus ẽ in secula secu=
lorum

¶ Explicit tractatus de
materia Celi collectus a
fre Petro kesh cursore
de Eßlingen dum or=
dinis fratrum Heremi=
tarum Sancti Augusti
et Scriptus p Petru
Vuiberkmũ T obbornen
1 1 1 5 1 0 1 6
Anno

S
H

Opiniones de distinctionibus.

Prima opinio Thome. Qui ipse duas tantum distinctiones ponit, distinctionem scilicet rationis, et realem, et hoc realitatem capiendo communiter et totidem identitates ponit.

Alia Alberti opinio: Qui tres ponit, Realem et rationis, et istam in distinctionem rationantis et rationabilis distinguit, et per distinctionem rationantis distinctionem ex natura rei intelligit, sed per distinctionem rationabilis, distinctionem formalem, et totidem Identitates ponit.

Thartaretus tres ponit distinctiones, distinctionem rationis, Realem et formalem, et tot identitates

Franciscus Maronis septem ponit, et omnes Itali, et tot idemptitates.